Digitized by Google

6
3- f
6

6
2 E
30

6-3.f.6

II 11
7 7
B B

ROMA

VRBANI BOLZANII
BELLVNENSIS
GRAMMATICÆ INSTITVTIONES
IN GRAECAM LINGVAM

VLTIMA IPSIVS CENSVRA
EDITIONE QVE
PROBATÆ.

AC POST LONGAM SVPPRESSIONEM
TANDEM IN LVCEM EMISSÆ

ADDITO INDICE RER. NECESSARIAR.
LOCVPLETISSIMO.



VENETIIS.MM.D.D. XLV.

IOANNES RABANVS SIRENIVS
STVDIOSIS ADOLESCENTIBVS.
S. P. D.

ACCIPITE Tandem Studioſi Adoleſcentes ueras Vrbani Bolzanii Bellunenſis Inſtitutiones in Græcam Linguam. Eas quidem extremo uitæ ſuæ tempore recognitas, ac diligentiſſime caſtigatas; Verum per annos uno minus Viginti apud Io. Tacuinum Librarium occultatas, quàm diu ſcilicet poſt Vrbanum deſideratum Is ſuperuixit ab eo tempore, quo has à Clariſſimo uiro Daniele Ranerio Senatore Veneto acceperat, ut iterum imprimeret, non ut ſupprimeret. Nunc autem poſt Tacuini obitum cura & diligentia Thomæ Miliarii Bellunenſis, Iuuenis bonis omnibus artibus & diſciplinis ornatiſſimi cum de tenebris illis ſint eductæ in lucem, Pierii Valeriani ipſius Vrbani Nepotis uigilantia, ut in publicum ederentur, procuratum. Qui licet & ualetudinarius eſſet, & aliis diſtentus curis, aſſiſtere tamen operi uoluit, neq; laborem ullum recuſauit, ut, qua fieri potuit, omnia eſſent ex Patrui ſui ſententia peremendata. Quare ſanctiſſime hoc uobis affirmare poſſum, editum demum opus, ut Vrbanus probatiſſimus, atq; Eruditiſſimus uir digeſſerat, abſolueratq;, & extremo ſuo iudicio comprobarat. Siquid uero inuerſum a mancipibus in collocatione litterarum inueneritis, eo mihi eritis æquiores, quod e prelis nullum unquam opus prodiit, quod non aliqua eſſet litteræ alicuius labe contaminatum; Nam neque arbor tam felix ulla eſt, ut interdum non aliquis eius fructus aut putreſcat, aut tinea corrodatur. Bene ualete, & ubi conatu omni, ut ſatis uobis fieret, elaboratum a nobis intellexeritis, æqui boniq; omnia conſulite.

ΜΑ'ΡΚΟΥ ΜΟΥΣΟΥ'ΡΟΥ ΤΟΥ͂ ΚΡΗΤΟ'Σ ΕἸΣ ΟΥ'ΡΒΑΝΟ'Ν ΒΩΛΙΖΑ'ΝΙΟΝ.

Τοῦ πρὸς θεὸν μὲν εὐσεβοῦς, τῶν δὲ βροτῶν
πολλοὺς μὲν εὖ ἔρξαντος ὅσ' ἂν ἔσθενεν,
ἔργοις δὲ μὴ βλάψαντος, ἢ λόγοις τινά.
τοῦ τὸν μοναστὴν, εὐγαλήνως ἥσυχον,
ἄθωον, αὐταρκοῦντα, λιτὸν, εὔφρονα,
ἐλεύθερον, στέρξαντος ἀψευδῆ βίον
τοῦ τὴν ἀριστάρχειον οἰζυρὰν τέχνην.
μᾶλλον δὲ πουλύκρανον ὕδραν ἐμμονὲς
αἰεὶ καταθλήσαντος, εὐφρόνας θ' ὅλας
ἐτυμοδίφοις σκινδαλάμοις γλωσσημάτων
παλιμβόλοις τε συλλαβῶν μετατροπαῖς,
λαμπρὰς ἀναλώσαντος ἄχρις ἡμέρας,
ὅ δ' ἐστὶ μόχθος. ὃν ταλαιπώρῳ ξένε
τυχῇ τυλίσσων, τὰς πολυγνάμπτους φορὰς
διεκδραμῇ κάλλιστα τῶν ἀν' Ἑλλάδα
λοξῶν στροφαλίγγων καμπύλων θ' ἑλήσιων
αὐτὸς σεαυτὸν ἐν ζόφῳ ποδηγετῶν.
ἐπὰν δ' ἀναχθῇς εἰς τὸ φῶς, ἀνηλίους
μελαμπέπλου κευθμῶνας ἀγνοίας φυγὼν
δέλτοις ἐναργῶς ταῖσδε δᾳδουχούμενος,
εἴς τ' ἀνθεμώδεις εὐδρόσσους πολυῤῥόδους
λειμῶνας ἐλθὼν, ξυγχορευτὴς ἐννέα
γένῃ Διὸς κούραισι λωφήσας πόνων,
μὴ δυσχαριστεῖ τῆμος, ἀλλὰ τὴν χάριν
μέμνησο τῷ ἅψαντι δᾷδα καὶ σέλας·
Οὐρβανὲ φήσας χαῖρε, καί σοι Ζεὺς μέγας
λαμπτῆρος ἀντὶ τοῦδε τῷ, πελασγικῶν
ὅρμον ἐελδομένοισι πυρσεύσας ἔχεις,
δοίη μετ' εὐαίωνα τοῦ γήρως ῥοπὴν
τῶν τῇδ' ἀπαλλαγέντι, κληρούχῳ πέλειν
χώρας μακαίρας τῆς ἀν' εὐρὺν οὐρανὸν
θείοις τ' ἐποπτήρεσσι συμβιοῦν ἐκεῖ
τριλαμποφώτου καὶ δισηλίου φάους.

ΣΚΙΠΙΩΝΟΣ ΚΑΡΤΕΡΟΜΑΧΟΥ.

Οὐρβανοῖο λαβὼν μικρὸν πόνον οὔποτ' ἄπρακτος
Γραμματικῆς ἴσθ' ὢν τῆς πολυγλωσσοτάτου,
Ἐκ τούτου δ' ἄλλων πειρήσεαι εὐθὺς ἁπάντων
Εὐξυνέτων, μικρὸν βιβλίον, ἀλλὰ πολύ.

ΝΙΚΗΤΟΥ ΤΟΥ ΦΑΥΣΤΟΥ.

Εἴαρος ἀρχομένοιο, καὶ ἀντέλλοντος ἂν οὖδας
ἄνθευς, καγχαλάᾳ πᾶν γένος ὑψιπετῶν.
Ἐκ λαγόνων βάλλει μὲν ὑπὸ στέγα τέκνα χελιδών,
φρουρεῖ δ' ὡς φιλόπαις ἕρκει πηλοχύτῳ.
Τόφρα χθὼν ζεφύρῳ καταλείβεται, ἀσπασίως τε
ἔργα βοῶν ῥαίνει ὄμβρος ὁ φυλλοτόκος.
Προβλῆτες δ' ἄνεφ πάμπαν ῥηγμῖνες ἔασι,
πᾶσαι τ' ἀκροπόλεις, κἠνεμόεν τέμενος.
Εὔδια νηνεμίη τε κατ' αἰθέρα, καὶ κατὰ πόντον,
πλοῖα τ' ἀποπροκαλεῖ κῦμα γαληνιόων.
Δὴ τότ' ἐρυσσάμενος ψάμμοθεν μακρὸν εἰς ἅλα δῖαν
ἔμπορος ἀφροκόμοις σέλμασι ναυτίλεται.
Οὐρβανοῖο παρόντος ἐΰστροφα πείσματα βίβλου
λύσατε ὥς τε πλέειν γραμματικῆς πέλαγος.
Ἤδη γὰρ κλίσεων κρυερὸν βυθόν, οἴδματά τε γλώσσης
παντοίας τοῦδε φροῦδον ἔθηκε νόος.
Ἤδη καὶ φθόγγων προβολὴν στονόεσσαν ἔδειξεν
οὗτος, καὶ κανόνων κρυπτομένων σπιλάδας.
Οὗτος ἔην ὑμῖν ἄνθος, πρώτη τε χελιδών.
οὗτος ἔην ζέφυρος, πλέετε θαρσαλέοι.

ἸΩΆΝΝΟΥ ΒΕΡΝΆΡΔΟΥ ΤΟΥ͂ ΦΗΛΙΚΙΑΝΟΥ͂ ΕἸΣ ΟΥ̓ΡΒΑΝΟ͂Ν ΒΟΥΛΖΆΝΙΟΝ ΒΙΡΟΎΝΙΟΝ.

Θῆρα πολυκράνιον μὲν ἔχουσ' ἐν βένθεϊ λυγρῷ
ἦν ἄβατος λέρνη, πᾶσιν ἀλυζομένη.
Τὴν δὲ καθηράμενον σθένος ἀμφιτρυωνιάδαο
καλὸν ἔδωκε φέρειν δῶρον ἐλευθερίας.
Δαιδαλίας δύσφυκτά ποτ' ἦν τεχνήματα χειρὸς
ἐξαπατῶντ' οἰκτρῶς πάντας ἐσερχομένους.
Αὐτὰρ ἀνοιξάμενος στερροὺς, σκολιόν τε πλάνημα
λοξοβάτη θησεὺς ἡγεμόνευε μίτῳ.
Οὐρβανὸς δ' ἄρα νῦν ἑτέραν πολυγράμματον αὐτὸς
καὶ πολύγλωσσον ἰδὼν ἐξυφέλιξεν ὕδραν.
Καὶ κατέδειξεν ὁδὸν τοῖς λοξοκλίτοις λαβυρίνθοις
γραμματικῆς σοφίας φέγγος ἐφαψάμενος.
Καὶ νῦν αὐσονίοις εἰς Ἑλλάδα πᾶσι κέλευθος
ἐμβατὸς, ἀργείοις δύσβατος οὖσα πάρος.
Χαίρετε γραμματικῆς ἱμειρόμενοί περ ἀχαιᾶς.
ἔνθα γὰρ ηὐτομόλουν νύμφαι ἀχαιϊάδες
Χαίρετε αὐσόνιοι, ταύτῃ βίβλῳ Ἑλλὰς ἅπασα
κλειομένη, κεῖται παρ' ποσὶν ὑμετέροις
Ἑλλάδα σὺν ταύτῃ, κλεινάς τε λαβόντες ἀθήνας
οὐρβανοῖο καλοῦ μνάμονες ἔστε πόνου,
Πολλὴν τοὐρανίοις χάριν ἀθανάτοισιν ἔχοντες
ὑμνεῖτ' οὐρβανὸν ταῦτα χαριζόμενον,
Πᾶσιν ἐπαγγέλλοντες θησέα δεύτερον αὐτὸν
εἶναι, κἀνθρώποις δεύτερον ἡρακλέα.

ἄλφα.	Alpha.	Α. α. α. α. α. α.	A. a.
βῆτα.	Vita.	Β. β. β. ϐ. ϐ.	B. b. uel. V. u.
		Digammon, ſiue Conſonans,	
γάμμα.	Gamma.	Γ. γ. Γ. ɼ.	G. g.
δέλτα,	Delta.	Δ. δ. δ. δ. δ.	D. d.
ε ψιλόν.	E tenue.	Ε. ε. ϵ.	E. e.
ζῆτα.	Zita.	Ζ. ζ. ζ. ζ. ζ,	Z. z.
ἦτα.	Ita.	Η. η. η.	E. e.
		Longa, ſed Vulgus profert. I.	
θῆτα.	Thita.	Θ. ϑ. θ. ϑ.	Th. th.
ἰῶτα.	Iota.	Ι. ι.	I. i.
κάππα.	Cappa.	Κ. κ. ϰ.	K. & Ka.
λάμβδα.	Lambda.	Λ. λ.	L. l.
μῦ.	My.	Μ. μ.	M. m.
νῦ.	Ny.	Ν. ν. ν. ν.	N. n.
ξῖ.	Xi.	Ξ. ξ. ξ.	X. x.
ο μικρόν.	o paruũ.	Ο. ο.	O. o.
πῖ.	Pi.	Π. ϖ. π.	P. p.
ῥῶ.	Rho.	Ρ. ρ. ϱ.	R. r.
σίγμα.	Sigma.	Σ. ϲ. σ. ς.	S. ſ s.
ταῦ.	Taf.	Τ. τ. [illegible]. [illegible]. [illegible].	T. t.
ὖ ψιλόν.	Hy.	Υ. υ.	Y. y.
φῖ.	Phi.	Φ. φ.	PH. ph.
χῖ.	Chi.	Χ. χ. χ.	CH. ch.
ψῖ.	Pſi.	Ψ. ψ.	PS. ps.
ὦ μέγα.	o magnũ.	Ω. ω.	O. o.

Vocales ſeptem. ᾱ. ε̄. η̄. ῑ. ῡ. ο̄. ω̄. Ex quibus diphthongi conſtituuntur, quarum Aliquæ propriæ, Aliquæ uero Impropriæ. Propriæ ſunt ſex, quæ ſic enunciantur.

æ.	af.	i.	ef.	i.	u.
αι.	αυ.	ει.	ευ. uel [illegible].	οι.	ου. uel ȣ.

Impropriæ uero, quæ communi habentur in uſu ſunt quinq;, & earum huiuſmodi eſt prolatio.

a.	i.	o.	if.	i.
ᾳ.	ῃ.	ῳ.	ηυ.	υι. uel [illegible].

ΠΑ'τερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. ἐλθέτω ἡ βα-
σιλεία σου. γεννηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. τὸν
ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα
ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. καὶ μὴ εἰσενέγκῃς
ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Ἀμήν.

Salutatio Angeli Gabrielis ad Mariam Virginem.

ΧΑῖρε κεχαριτωμένη Μαρία ὁ κύριος μετὰ σοῦ. εὐλογημένη σὺ ἐν γυ-
ναιξὶ. καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. Ὅτι σωτῆρα ἔτε-
κες τῶν ψυχῶν ἡμῶν Ἀμήν.

Ad eandem Virginem alia Salutatio.

ΧΑῖρε δέσποινα μῆτερ ἐλέους. ζωὴ. γλυκύτης. καὶ ἐλπὶς ἡμῶν χαῖρε.
πρός σε βοῶμεν οἱ τῆς εὔας ἐξόριστοι παῖδες. πρός σε ἀτενίζομεν
στενάζοντες, καὶ θρηνοῦντες ἐν τῇδε τοῦ κλαυθμῶνος κοιλάδι. ἄγε δὴ
συνήγορε ἡμῶν τοὺς εὐσπλάγχνους σου ὀφθαλμοὺς ἐφ' ἡμᾶς ἐπίστρεψον.
καὶ ἰησοῦν τὸν εὐλογημένον καρπὸν τῆς κοιλίας σου μετὰ τὴν ὑπερορίαν
ταύτην ἡμῖν ἀνάδειξον. ὦ ἐπιεικής. ὦ εὔσπλαγχνε. ὦ γλυκυτάτη παρ-
θένε Μαρία.

Symbolum Sanctorum Apostolorum.

ΠΙστεύω εἰς θεὸν πατέρα παντοκράτορα ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς. καὶ
εἰς ἰησοῦν χριστὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν. Τὸν συλληφθέν-
τα ἐκ πνεύματος ἁγίου. καὶ γεννηθέντα ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου. πα-
θόντα τε ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ σταυρωθέντα, καὶ παθόντα, καὶ τα-
φέντα. καὶ κατελθόντα εἰς ᾅδου, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα ἐκ τῶν
νεκρῶν. καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ
παντοκράτορος θεοῦ, καὶ πατρός. κἀκεῖθεν ἐλευσόμενον κρῖναι ζῶντας,
καὶ νεκρούς. Πιστεύω καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ εἰς τὴν ἁγίαν, καὶ
καθολικὴν ἐκκλησίαν. Τὴν τῶν ἁγίων κοινωνίαν. Ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.
Σαρκὸς ἀνάστασιν. καὶ ζωὴν αἰώνιον. Ἀμήν.

Euangelium diui Ioannis Euangeliſtæ.

ἘΝ ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος.
οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο καὶ χωρὶς
αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲν, ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, καὶ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀν-
θρώπων. καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει. καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν.
ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος παρὰ θεοῦ, ὄνομα αὐτῷ ἰωάννης. οὗτος
ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός. οὐκ ἦν ἐκεῖ-

νος τὸ φῶς, ἀλλ᾽ ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός. ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον. ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκός, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρός, ἀλλ᾽ ἐκ θεοῦ ἐγεννήθησαν. καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς πλήρη χάριτος, καὶ ἀληθείας.

Canticum glorioſæ Virginis Mariæ.

Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον. καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ θεῷ τῷ σωτῆρί μου. Ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ, ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί. Ὅτι ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατός. καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ. καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν τοῖς φοβουμένοις αὐτόν. Ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ, διεσκόρπισεν ὑπεριφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν. καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων. καὶ πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενούς. ἀντελάβετο ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ μνησθῆναι ἐλέους. καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν τῷ ἀβραάν. καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ ἕως αἰῶνος.

Canticum Symeonis prophetæ.

Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου δέσποτα κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ. Ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου. Ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν. φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαοῦ σου ἰσραήλ.

Pſalmus David.

Ὁ θεὸς ἐν τῷ ὀνόματί σου σῶσόν με. καὶ ἐν τῇ δυνάμει σου κρινεῖς με. Ὁ θεὸς εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου. ἐνώτισαι τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου. Ὅτι ἀλλότριοι ἐπανέστησαν ἐπ᾽ ἐμὲ καὶ κραταιοὶ ἐζήτησαν τὴν ψυχήν μου. καὶ οὐ προέθεντο τὸν θεὸν ἐνώπιον αὐτῶν. Ἰδοὺ γὰρ ὁ θεὸς βοηθός μου. καὶ ὁ κύριος ἀντιλήπτωρ τῆς ψυχῆς μου. Ἀποστρέψει τὰ κακὰ τοῖς ἐχθροῖς μου. ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου ἐξολόθρευσον αὐτούς. Ἑκουσίως θύσω σοι. ἐξομολογήσομαι τῷ ὀνόματί σου κύριε ὅτι ἀγαθόν. Ὅτι ἐκ πάσης θλίψεως ἐρρύσω με. καὶ ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου ἐπεῖδεν ὁ ὀφθαλμός μου.

BENEDICTO ACCOLTO CREMONÆ
EPISCOPO DESIGNATO.
VRBANVS BOLZANIVS BELLVNENSIS
MINORITANVS SACERDOS.
S. P. D.

CVM me proximis hiſce diebus Pierius ex germano Fratre mihi Nepos, Roma profectus adiiſſet, non aliam ob cauſam, quàm ut ſenis deſiderio aliquando ſatisfaceret, multa tunc mecum eſt de litteris & litteratis uiris collocutus; De iis inquam, qui cum diſciplinis morum etiam elegantiam coniunxiſſent, ex illis te unum in primis longe admirari uiſus eſt, qui optimæ Doctrinæ cuiuſque ſtudiis addictiſſimus eximia etiam quadam animi magnitudine præditus extares, quippe qui doctos & probos uiros mirifice obſeruares, deq; illis optime, quæcunq; daretur occaſio, promereri ſemper adniterere. Id quod etiam multorum ſermone mihi prius erat cognitiſſimum. Dumq; huiuſmodi pleraq; de te memoraret, adiiceretq;, inopiam ſuam liberalitate tua ſæpiſſime ſubleuatam cum in magnorum Principum clientela iam decennium nihil adhuc, quo ſe ſuſtentare poſſet accepiſſet. Hæc inquam cum enarraret, ingenti me lætitia afficiebat, quod apertiſſime cernerem, nihil me fruſtratum ſpe, quam de te pene puero magnam conceperam Florentiæ; quum Roma ueniens, quo Pont. Max. Leonis. x. pedes oſculatum ieram, quem ego adhuc adoleſcentem Græcis olim litteris inſtitueram, illac animi gratia iter facerem, Oricellarios, Azaiolos, Martellos, Victorios, & pleroſq; alios ueteris Academiæ noſtræ proceres, qui ſibi & Muſis adhuc uiuebant, ſalutaturus. Ibi tum prima Tu bonarum litterarum tirocinia ſequebaris, meq; ſtatim eo appulſum inuiſiſti, deq; ingenio & eruditione tua manifeſta mihi exempla exhibuiſti; & iam tum ſupra ætatem uiſus es mihi profeciſſe. Quantum uero ex eo tẽpore de tuo profectu, futuraq; laude tua mihi propoſueram, tantum in te ſumma omnium cõmendatione floreſcere iam cepiſſe intelligo; quibus de cauſis cogitabam nunc mecum, quod nam ego mei erga te amoris argumentum exhibere poſſem; Caſu autem erat in promptu opus illud meum, quo-

Latinus Græce inſtituitur, a me nuper, q̃ accuratiſſime potui, caſtigatum, & ordine meliore digeſtum, ſilua quippe illa prioris, alteriuſq; editionis, quæ in Libros duos tantum congeſta tedium afferre poterat, in plures nunc faſciculos diſtributa. Id qualecunq; ſit, exiſtimaui, quoniam nihil maius uires meæ præſtare, aut apertius animum erga te meum patefacere poterant, tibi Latinæ quidem puritatis obſeruantiſſimo, Sed litterarum quoq; Græcarum, atq; adeo bonarum omnium artium cupidiſſimo nuncupandum. Mihi dices qui Florentiæ Carteromachum, Romæ Lampridium, & Muſurum, huius litteraturæ magiſtros habui. Tibi reſpondebo, qui Carteromachum & Lampridium, qui Muſurum, Linguæ huius doctiſſimos Præceptores habuiſti, Nam Carteromachus laboribus meis mirifice plaudebat. Lampridius palam me ſui profectus auctorem agnoſcit, atq; utinam ultimum hunc Romæ, tanto tuo & doctoꝝ omnium mœrore deſideratum, hæc audientem, & ſtudium in hac re meum, ut publice priuatimq; facere ſolebat, non ægre probantem, haberemus. Sed ne hic deſiderio tanti uiri, lacrymis iam proſilientibus, in luctum auocemur, ad rem, qua de agitur, reuertamur. Proderunt utiq; tibi, quæ ab his tam excellenti eruditione uiris didiciſti, ſed noſtra hæc, qualiacunq; ſint, efficient tamen, ne, quæ ab iis didiceras, memoria dilabantur. Erit fortaſſe etiam multorum uſus, quæ te minime legiſſe pœniteat, ſi præſertim Poetarum copia & uarietate delectaris; pro quorum litteratura diſcutienda plurimum inſudauimus, nihilq; (abſit inuidia) omiſiſſe nunc arbitramur, quantum ad octo Orationis partes, & Idiomatum in his uarietatem attinet, quod deſiderari ulterius poſſit. Hinc itaq; recta ad eorum partium complexum, atq; ſtructuram patet unicuiq; uia labore noſtro facilis, plana, lata, expeditiſſima. Id autem quod & tu & pleriq; alii a me ſæpius contenderunt, ut de conſtructione plenius aliquid adiicerem, doleo mihi per otium, atq; etiam per ætatem minime licere. Quid enim nunc elaborare poſſum homo tam grandi confectus ſenio, uno plus octogeſimo iam ætatis anno grauis, quare prouinciam hanc aliorum cupio curæ demandari. Munus ego meum quanta potui diligentia curaui, quo perfunctus rude iam donari non impudenter efflagito. Vos electiſſimi Iuuenes, uos obſecro reliquum capeſcite, quibus feliciori ſæculo natis, in ipſo litterarum flore, & bonorum Auctorum copia de ſe maxima quæq; polliceri datum eſt. Mihi ſatis ſuperq; ſit, Græcas litteras, quas per uniuerſam Italiam uel grandis natu perquiren-

do nuſquã inueneram, per omnem Græciam & tranſmarinas etiam regiones fere nuſquam extantes inueſtigaueram, in eo nunc ſtatu & amplitudine contueri, ut de interitu earum, nihil quidquam ſit longa quantumlibet poſteritate dubitandum, In quo ſiquid mea uel induſtria, uel labor, uel diligentia profecit, Deo Optimo Max. gratiam haberi, mihi ueſtrarum tantum uigiliarum & lucubrationum continuatione parentari cupio. Bene ualete tuq; & omnes tui ſimiles.

Venetiis XIII. Calen. Iunias. M. D. XXIII.

ANDREA GRITTEO, quæ ſola uiuenti mihi felicitas contigit, hodie Imperii Veneti Principe ſalutato.

Antea quam ad rem ipſam aggrediamur Conſilii omnis mei ratio reddenda eſt; Quippe qui tria uidebam futura eorum ſtudioſorum hominum genera, qui labores hos noſtros inſpecturi eſſent. Vnum quidem eoꝝ, qui Græce adhuc nihil didiciſſent, ipſaq; tantũ Linguæ huius quærerent Tirocinia. Hæc prioribus Libris. Primo. Secundo, & Tertio ita complexi ſumus, ut unuſquiſq; quantumlibet rudis eorum lectione multum proficere ſe cognoſceret. Alterum uero eorum, qui primis iam eſſent elementis imbuti, octo quippe Orationis partes agnoſcerent, ſed nondum exactam rerum Grammaticarum rationem, progreſſumq; percepiſſent. Pro his quattuor Libros Quartum, Quintum, Sextum, Septimum adieci, in quibus tota fere Linguarum Græcarum litteratura declaratur, perplexitateſq; illæ demum explicantur, quæ tota ætate mea, cum librorum, tum erudientium defectu magna ex parte incognitæ fuerunt. Tertium demum genus erat eorum, qui aliquid omnino profeciſſent, ſed tam uaſtum Mare ſulcantibus pleræq;, ut ita dicam, ſubaquaneæ cautes occurſabant, in quas impingerent, quæ rectam omnium itinerum ſemitam impedirent, eas Libro octauo planas, & peruias reddidimus. Nono uero reliquas Orationis partes, quæ nulli ſubiacent inflexioni, cum aliis obſeruatione dignis, ad erudita ingenia facientibus, tum mea, tum Antiquorum Scriptorum induſtria complanatas in medium protulimus. Omnium autem eorum indicem præpoſuimus, ut quo quid Libro explicetur in promptu cuilibet eſſet, & ſtatim ob oculos offerretur.

INDEX RERVM ET LOCORVM,
quota quid Pagina contineatur.

LIBRO PRIMO Hæc ſimpliciter Traduntur.
De litteris & earum diuiſionibus. char. 1
De octo partibus orationis. De Accentibus, & Nomine. char. 1.
De Articulis & eorum declinatione, Deque Diuiſione nominis. char. 2
De prima & ſecunda Declinationibus. char. 2
De tertia, & quarta declinationibus. char. 3
Atticorum uſus In uocatiuis omnium declinationum. char. 3.b
De quinta declinatione. char. 4
Exépla MASCVLINORVM Nominum in. Σ.Ν.Ξ.Ρ.Υ. char. 4
Exempla FOEMININORVM in. N. char. 4.b
Exempla. in. Ρ. in. Σ. in. Υ. char. 5
Exempla NEVTRORVM in. Α.Ι.Υ.Ν.Ρ.Σ. char. 5
De contractis. Quid ſit Synæreſis quid Craſis. char. 5.b
De prima & ſecunda declinationibus Contractorum, & declinandis in utraque nominibus. char. 6
De tertia, quarta, & quinta eorundem. char. 7
Quæ ſynæreſin patiuntur in omnibus caſibus, quæque in paucis contracta. char. 8
De Comparatiuis. char. 8.b
De Adiectiuis, & eorum terminationibus per ordinem. char. 9
De nominibus Numeralibus. char. 9.b
Compendioſa declinationum omnium formula. char. 10. 11
LIBRO Secundo hæc habentur.
De Verbo, primumque de eius accidentibus. char. 12
De Sex GRAVITONORVM Coniugationibus. char. 12.b
ΤΥΠΤΩ per uoces omnes explicatum. char. 13
Eius Paſſiuum. char. 15
Eius Medium. char. 17
De Verbis CIRCVMFLEXIS Coniugatio prima. char. 19
Circumflexorum Coniugatio ſecunda. char. 23
Circumflexorum Coniugatio tertia. char. 26.b
De Verbis IN. MI. deque prima eorum Coniugatione. char. 30
Coniugatio in MI. ſecunda. char. 34
Coniungatio IN. MI. tertia. char. 37.b
Coniugatio in, μι, quarta. char. 41

De PRONOMINE. 42. De Præpoſitione. De Aduerbio. char.43
De Coniunctione. char.44.b

QVAE LIBRO.III. Continentur.

De ſimplici uerborum formatione. char.45
Coniugationum breue compendium char.46
De augmento præteritorum. char.47
De Verbis compoſitis. char.48
De formatione Indicatiui ACTIVI. char.49.b
De præterito Attico. 50. De pluſquãperfecto. char.50.b
De Aoriſtis. 51. De futuris. char,52
De Imperatiuo. 52. De Optatiuo. char.52.b
De Subiunctiuo. Infinitiuo. Participio. char.53
Indicatiuus PASSIVVS. præſens. præteritũ imperfectum. char.54
Præteritum perfectum. 54.b. Aoriſti. 55.b. Futura tria. char.56
Imperatiuus Optatiuus. char.56
Subiunctiuus. Infinitiuus. Participia. char.57
De Verbo MEDIO &c. char.58
De præterito Medio. char.58
De Imperatiuo Medio. Optatiuo. & Subiunctiuo. char.59
De Infinitiuo, & participiis mediis. char.60

LIBRO.IIII. Repetuntur & latius explicantur.

De Vocalium diuiſione, & natura. char.60.b
De diphthongis & Conſonantium partitione naturaq;. char.61
Horum omnium breue admodum Schema. char.62.
De ſyllabis annotatu digna. char.63
De dictione, & Oratione. char.63
De nomine & eius accidentibus copioſe. char.63
De Accentibus late. char.64
Corrige. 65. in margine Accentuum formæ, & inferius Toni
Acuti Accentus loci. 65. Grauis Accentus loci. char.65.b
Circumfl. Accen. loci. 66. Accentuum breue cõpendium. char.67
Prima declinatio pariſyllaborum Nominum ex Linguarum Varietate. char.67.b
Eius exempla. char.69
Secunda declinatio per Linguarum Varietatem. char.69.b
Tertia declinatio per Linguarum Varietatem. char.71
Quarta declinatio huiuſmodi. char.72
Quinta declinatio per Linguarum Varietatem. char.73

De Pariſyllabis Quintæ Declinationis in.ωω. char.74.b
De Impariſyllabis. char.75.b
De Nominibus in,ως,Pariſyllabis.Err.nu.79. char.77
De eiuſdem terminationis Impariſyllabis. char.77.b
Terminationes uariæ. char.78
In..ως.exeuntia in.λς.ϱς.&.in.N. char.79
ſcribe in margine ἰάσονος. char.80.b
Superiorum exempla,deq; in.ξ.& in.ϱ.terminatis. char.81
De Fœmininis Nominibus in. N. char.82.83
De Fœmininis in.ξ.& in.ϱ. char.83.b
De iis,quæ in.Σ.84. De Neutris in uniuerſum. char.84.

QVAE LIBRO.V. Contineantur.

De Synæreſiatis & differentia inter Craſin & Synæreſin. char.87
Prima Declinatio nominum contractorum per uarias Linguas. char.88
Secunda contractorum. char.89
Tertia Contractorum & Quarta. char.90
Quinta Contractorum. char.91.b
De Declinatis extra ordinem. char.91.b
De accidentibus nomini,Deq; comparatiuis & ſuplatiuis. char.91
De Patronymicis. char.94
De Diminutiuis,Poſſeſſiuis & Denominatiuis. char.95.b
De Verbalibus,& De ſubiectis nomini ſpeciebus. char.96.97.98

QVAE LIBRO.VI. habentur.

De Verbo & Coniugatione & formatione late tradendis apparatus. char.98
De Prima Coniugatione. char.99
De.2.3.&.4.Coniugationibus. char.99.b
An.τγ.ſint duo.τ̄.multa notatu digna. cha.100.b.101
De Quinta & Sexta Coniugat. char.101.b
De temporibus uerborum contemplatio. char.102
De FORMATIONE uerborum Grauitonorum. char.103
Obſeruatio de plurali ſecundum Iones. char.104
De paratatico & ſyllabico augmento. char.104.b
De augmento temporali. char.105
De formatione præteriti late. char.106
De præterito Attico. char.107.b
De hyperſyndelico. char.109. De Aoriſtis. char.110
De Futuro Primo. char.111. De Secundo. char.113

Formationes alioꝝ modoꝝ ACTIVORVM. attendenda. char.113
De Imperatiui formatione. char.113.b
De Optatiui ſormatione. char.114
De Subiunctiui formatione. char.115
De Infinitiui formatione. char.115
De formatione VERBORVM PASSIVORVM. char.116
De Form. Præteriti imperfecti Paſſiui. char.117
De Forma. Præteriti perfecti Paſſiui. char.118
De Format. Præteriti pluſquamperfecti & Aoriſti primi & ſecundi. char.120
De Format. Imperatiui Paſſiui. char.120
De Form. Optatiui Paſſiui. char.121
De Form. Subiunctiui Paſſiui. 121.b
De Form. Infinitiui Paſſiui. char.122
De Form. Verborum MEDIORVM. 122.b
De Præteriti perfecti Medii Form. char.123
Dilatatio unius uerbi per Varias Linguas. char.144
Decurſio breuis per Declinationes, Tredecim. char.127.b

QVAE LIBRO. VII. habeantur.

De Circumflexorum Formatione per Coniugationes ſingulas. prima uero. char.131
De Coniugatione ſecunda & tertia. char.134
De Verbis in. MI. char.135.b
De primæ Coniugationis in. MI. Formatione per modos & tempora. char.137
De Form. Paſſiuorum in. MI. char.141
De Form. Mediorum in. MI. char.143.b
De Form. Secundæ Coniugationis in. MI. char.144.b
De Form. Tertiæ Coniugationis in. MI. char.147.b
De Form. Quartæ Coniugationis in. MI. char.149.b

QVAE LIBRO. VIII. Traduntur.

De Verbis in. MI. Anomalis. char.150.b
De εἰμί, quando Sum ſignificat. char.151
De εἶμι, quando Vado ſignificat. char.154.b
De ἵημι, denſo ſpiritu. mitto. char.156
De ἵημι, eodem modo pro Cupio. char.158
De ἵημι, tenui ſpiritu, pro uado. char.158.b
De ἧμαι & κάθημαι. char.161

De Ἕω,quando ſedeo ſignificat. char.162
De ἴσημι,cognoſco. char.163.b
De φημὶ,pro fari. char.164.b
De ἀλάλιμαι καὶ κέχημαι. char.165
De ἀλαλύκτημαι. char.165
De κάθη ἐπίστη δύνη καὶ μέμνη. char.166
De ἴσα καὶ ἴση. char.166
De τέθνημι,atq; τέτλημι. char.166.b
De ἑσταίην,& ἀφεσταίην. char.167
De Verbis uſq; ad præteritum imperfectum declinatis.char. 167.b
De Verbis Anomalis in uniuerſum per litterarum ordinem
utile Commentum. char.168
De Participiorum formationibus,ac de ACTIVO primum. char.171
De PASSIVO. De MEDIO. char.173.b
De Participiis uerborum,in μι. char.174

QVAE LIBRO NONO Habentur.

De Articulis. char.177
De Pronomine,in quo ſuper ἐγὼ uaria declinatio. char.177.b
De Secunda perſona. 179. De Tertia. char.180
De Poſſeſſiuis. 181. De demonſtratiuis. char.182
De Relatiuis. 182.b De Compoſitis. char.182.b
De præpoſitionibus.181.b De earũ conſtructione. char.183.b
De Aduerbio. 185.b. De Conſtructione Quædã. char.186.b
De ἦν.ἦς.&.ἦ.q̃ multa ſignificent,ὡς,quoq; ſignificata uaria .char.188
De Paſſionibus dictionum ex Tryphone. char.191.b
De ſpiritibus per ordinem litterarum. char.193
A ante hanc uel illam Conſonantem. char.194
E ante hanc uel ill.Conſ. char.195
H Eodem modo. char.196
I Eodem modo. char.197
O Eodem modo. char.197
Υ Eodem modo. char.198
Ω Eodem modo. char.198
Diphth.αι.αυ.ει.ευ.οι.ου.Ante quamlibet Conſonantem. char.198

FRATRIS VRBANI BOLZANII BELLVNENSIS

INSTITVTIONVM GRAMMATIC. IN GRAECAM LINGVAM

LIBER PRIMVS.

ΓΡΆΜΜΑΤΑ, quæ Latine Litteræ dicũtur, ſunt quatuor & uiginti, α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ ο π ρ σ τ υ φ χ ψ ω. Et in duas diuiduntur partes, εἰς φωνήεντα, καὶ εἰς σύμφωνα: hoc eſt, in Vocales & Conſonantes. Vocales ſeptem, α ε η ι ο υ ω. Conſonantes uero decem & ſeptem, β γ δ ζ θ κ λ μ ν ξ π ρ σ τ φ χ ψ.

VOCALES, ut rem breuiter perſtringamus, diuiduntur, εἰς μακρὰ, εἰς βραχέα, καὶ εἰς δίχρονα: in longas, breues, & ancipites. Vocales natura longæ duæ, η, & ω μέγα. Natura breues duæ, ε ψιλὸν, & ο μικρὸν. Ancipites tres, α ι υ. Diuiduntur etiam εἰς μεταβολικὰ, καὶ εἰς ἀμετάβολα: hoc eſt, in Mutabiles, & in Immutabiles. Mutabiles tres α ε ο. α quidem & ε in η mutantur, ſed ο in ω μέγα. Immutabiles uero quatuor, η ι υ ω.

Ex uocalibus Diphthongi fiunt. Propriæ ſex αι. αυ. ει. ευ. οι. ου. Abuſiuæ uero quinque. ᾳ. ῃ ῳ ηυ υι.

CONſonantiũ autem quædam ſunt ἡμίφωνα: hoc eſt, ſemiuocales quædam ἄφωνα: id eſt, mutæ: Semiuocales octo, ζ ξ ψ λ μ ν ρ σ. Quarum διπλᾶ: hoc eſt duplices tres, ζ ξ ψ. ἀμετάβολα: hoc eſt, immutabiles quatuor, λ μ ν ρ. At, σ, ἄσημον appellatur.

Mutæ ſunt nouem, quæ trifariam diuiduntur, εἰς ψιλὰ: hoc eſt, tenues, κ π τ. εἰς δασέα: id eſt craſſas, θ φ χ. καὶ εἰς μέσα: hoc eſt, medias, β γ δ. Ex hiſce litteris ſic diuiſis fiunt ſyllabæ, ut πλα. ex ſyllabis dictiones, ut πλάτων. ex dictionibus oratio, ut πλάτων περιπατεῖ. Cuius octo ſunt partes, ὄνομα. ῥῆμα, μετοχὴ, ἄρθρον, ἀντωνυμία, πρόθεσις, ἐπίρρημα, καὶ σύνδεσμος: hoc eſt, nomen. uerbum, participium, articulus, pronomen, præpoſitio, aduerbium, & coniunctio. *Octo partes orationis.* Hæ quinq; ſunt declinabiles, ὄνομα, ῥῆμα, μετοχὴ, ἄρθρον, ἀντωνυμία. Indeclinabiles uero tres, πρόθεσις, ἐπίρρημα καὶ σύνδεσμος.

Sed anteaq̃ ulterius procedamus animaduertendum unicuiq; dictioni datum eſſe accentum, ſine cuius ductu uox nulla recte enũtiari poteſt. De accentu igitur prius, q̃ ad Declinationum elementa ueniamus paucula hæc ſubmonebimus.

ΠΕΡῚ ΠΡΟΣΩΔΊΑΣ.

Προσῳδίαι, hoc eſt, accentus ſunt decem. ὀξεῖα, βαρεῖα, περισπωμένη, μακρὰ, βραχεῖα, δασεῖα, ψιλὴ, ἀπόστροφος, ὑφὲν, καὶ ὑποδιαστολὴ: id eſt, Acutus ´, grauis `, Circunflexus ῀. Longa linea. –. Breuis ſiue contracta linea. ᵕ. Aſpiratio. ῾. Leuigatio ſiue ſiccitas. auerſio ʼ, ſubunio ‿, & dictinctio,

Acutus. ´ .	Breuis linea. ᵕ .	Subunio. ‿ .
Grauis. ` .	Aſpiratio. ⊢ ⊣ .	Diſtinctio, .
Circũflexus. ῀ .	Leuigatio. ʼ .	
Longa linea. – .	Auerſio. , .	

ΠΕΡῚ ὈΝΌΜΑΤΟΣ.

Nomini accidũt quinq;, γένος, εἶδος, σχῆμα, ἀριθμὸς, πτῶσις. hoc eſt, genus, ſpecies, figura, numerus, caſus.

Genera ſunt quinq; ἀρσενικὸν, θηλυκὸν, οὐδέτερον, κοινὸν, καὶ ἐπίκοινον. Maſculinũ, Fœmininum, Neutrũ, commune, pronuſcuum, Maſculinum, ut ὁ πλάτων. Fœmininum, ut ἡ ἀρετή. Neutrum, ut τὸ δῶρον. commune, ut ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος. Promiſcuum, ut ὁ ἀετὸς, ἡ χελιδών.

Species duæ, πρωτότυπον, καὶ παράγωγον: Primitiua & deriuatiua. Primitiua, ut οὐρανὸς. Deriuatiua, ut οὐράνιος.

Figuræ tres. ἁπλοῦν, σύνθετον, παρασύνθετον: hoc eſt, ſimplex, cõpoſita, & decompoſita, Simplex, ut ἵππος. Compoſita, ut φίλιππος, Decompoſita, ut φιλιππίδης.

Numeri tres, ἑνικὸς, δυϊκὸς, πληθυντικὸς: Singularis, Dualis, Pluralis. Singularis, ut ὁ καλὸς. Dualis, ut τὼ καλώ. Pluralis, ut οἱ καλοί.

Caſus quinq;, εὐθεῖα, γενικὴ, δοτικὴ, αἰτιατικὴ, καὶ κλητική: Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accuſatiuus Vocatiuus.

ΠΕΡῚ ἌΡΘΡΩΝ.

Τῶν δὲ ἄρθρων, τὰ μὲν προτακτικὰ, τὰ δὲ ὑποτακτικά. Articulorum autem, alii quidem ſunt præpoſitiui, alii uero ſubiunctiui, ſiue ſubordinatiui: quæ Latini relatiua appellant,

ARTICVLI PRAEPOSITIVI.

Genere maſculino ita declinantur.

Ἑνικῶς. Nominatiuo, ὁ. Genitiuo, τοῦ. Datiuo, τῷ. Accuſatiuo, τόν. Δυϊκῶς. Nominatiuo & accuſatiuo, τώ, Accentu Acuto ſolum. Genitiuo & Datiuo, τοῖν. Πληθυντικῶς. Nominatiuo, οἱ. Genitiuo, τῶν. Datiuo, τοῖς. Accuſ. τούς.

Genere fœminino.

Ἑνικῶς. ἡ, τῆς, τῇ, τήν. Δυϊκῶς. τά, ταῖν. Πλη. αἱ, τῶν. ταῖς, τάς.

Genere neutro.

Ἑνικῶς. τό, τοῦ, τῷ, τό. Δυϊκῶς. τώ, τοῖν. Πλη. τά. τῶν, τοῖς, τά.

ARTICVLI SVBIVNCTIVI:

Genere maſculino.

Ἑνικῶς. ὅς, οὗ, ᾧ, ὅν. Δυϊκῶς. ὥ, οἷν. Πλη. οἵ, ὧν, οἷς, οὕς.

Genere fœminino.

Ἑνικῶς. ἥ, ἧς, ᾗ, ἥν. Δυϊκῶς. ἅ, αἷν. Πλη. αἵ. ὧν, αἷς, ἅς.

Genere neutro.

Ἑνικῶς. ὅ, οὗ, ᾧ, ὅ. Δυϊκῶς. ὥ, οἷν. Πλη. ἅ, ὧν, οἷς, ἅ.

Vocatiuo caſu Articuli omnino carent. ὦ uero Articulus non eſt, ſed aduerbiũ uocandi, quod oĩbus generibus, ac numeris cõmune eſt.

De quibus omnibus Libro quarto copioſiſſime diſſeremus. nam uti prolati ſumus nunc breuiter omnia perſtringimus.

DE DIVISIONE NOMINIS.

TΩΝ δὲ ὀνομάτων, τὰ μὲν ἰσοσύλλαβα, τὰ δὲ περιττοσύλλαβα: hoc eſt; Nominum alia pariſyllaba ſunt, ut αἰνείας αἰνείου. alia ĩpariſyllaba, ut αἴας, αἴαντος. Quæ ſunt pariſyllaba, quadrifariam declinãtur: quæ impariſyllaba, uno modo tantum. Vnde quinq; fiunt declinationes: prima, ſecũda, tertia, quarta, pariſyllabæ: & quinta impariſyllaba. Et hæc quidẽ omnes ſimplices dicuntur.

DE PRIMA DECLINATIONE.

PRima igitur declinatio eſt pariſyllaborum, nominum, maſculinorum tantum, in ας deſinentium, & in ης, ut ὁ αἰνείας, ὁ χρύσης. quorum genitiuus in ου deſinit. Datiuus in ᾳ, uel in ῃ diphthongos improprias, ſecundum Vocalem Nominatiui. Accuſatiuus in ν cum Vocali nominatiui.

De nominibus In. ας.

Ἑνικῶς. ὁ αἰνείας. τοῦ αἰνείου. τῷ αἰνείᾳ. τὸν αἰνείαν. ὦ αἰνεία. Δυϊκῶς. τὼ αἰνεία. τοῖν αἰνείαιν. ὦ αἰνεία. Πληθυντικῶς. οἱ αἰνεῖαι. τῶν αἰνειῶν. τοῖς αἰνείαις. τοὺς αἰνείας. ὦ αἰνεῖαι.

In. ης.

Ἑνικῶς ὁ χρύσης. τοῦ χρύσου. τῷ χρύσῃ. τὸν χρύσην. ὦ χρύση. Δυϊκῶς. τῷ χρύσα. τοῖν χρύσαιν. ὦ χρύσα. Πλη. οἱ χρύσαι. τῶν χρυσῶν. τοῖς χρύσαις. τοὺς χρύσας. ὦ χρύσαι.

Hóc in loco annotandum eſt, nomina pariſyllaba in ης deſinentia facere uocatiuum in, η, ὁ χρύσης, ὦ χρύση. Deſinentia uero in της pariſyllaba, in α correptum. ut ὁ τοξότης, ὦ τοξότα, ὁ ἱππηλάτης, ὦ ἱππηλάτα. Etiam nomina gentilia in ης deſinentia. ὁ πέρσης, ὦ πέρσα. Si uero eadem fuerint propria, in. η. ὁ πέρσης, ὦ πέρση, Heſiodus ἐν ἔργοις. Ἐργάζευ πέρση δῖον γένος.

DE SECVNDA DECLINATIONE.

SEcunda declinatio eſt pariſyllaborum nominum in α ſiue in η deſinentium, generis tantum fœminini: quorum genitiuus in ας, ſiue in ης deſinit. Datiuus in ᾳ, aut in ῃ, diph. improprias. Accuſat. uero in, ν, cum Vocali nominatiui.

Ἑνικῶς.

Ἡ μαῖα. τῆς μαίας. τῇ μαίᾳ. τὴν μαίαν. ὦ μαία. Δυϊκῶς. τὰ μαία. ταῖν μαίαιν. ὦ μαία. Πληθυν. αἱ μαίαι. τῶν μαιῶν. ταῖς μαίαις. τὰς μαίας. ὦ μαῖαι.

Ἑνικῶς.

Ἡ μοῦσα. τῆς μούσης. τῇ μούσῃ. τὴν μοῦσαν. ὦ μοῦσα. Δυϊκῶς. τὰ μοῦσα. ταῖν μούσαιν. ὦ μούσα. Πλη. αἱ μοῦσαι. τῶν μουσῶν. ταῖς μούσαις. τὰς μούσας. ὦ μοῦσαι.

Ἑνικῶς.

Ἡ τιμὴ. τῆς τιμῆς. τῇ τιμῇ. τὴν τιμὴν. ὦ τιμή. Δυϊκῶς. τὰ τιμὰ. ταῖν τιμαῖν. ὦ τιμὰ. Πλη. αἱ τιμαὶ. τῶν τιμῶν. ταῖς τιμαῖς. τὰς τιμὰς. ὦ τιμαί.

Aduertendum eſt hoc in loco, ſola nomina in α purum deſinentia, & in δα, & in θα, & in ρα. ſeruare α in genitiuo & datiuo κοινῶς. ut μαῖα. μαίας. μαίᾳ. λήδα, λήδας, λήδᾳ. μαρίθα, μαρίθας, μαρίθᾳ. ἡμέρα, ἡμέρας, ἡμέρᾳ. Ἀθηνᾶ uero, quod ἀπὸ τοῦ ἀθηνάα κατὰ κρᾶσιν fit, etſi in α non purum deſinat, ſui tamen perfecti proprietatem ſeruat, ἀθηνᾶ, ἀθηνᾶς, ἀθηνᾷ, ſicut ἀθηνάα, ἀθηνάας, ἀθηνάᾳ.

DE TERTIA DECLINATIONE.

Tertia Declinatio eſt Pariſyllaborum nominum, tam Maſculinorum q̃ Fœmininorum, Communium & Promiſcuorum in, ος, deſinentium, & Neutrorum in, ον, quorum Genitiuus deſinit in, ου, Datiuus in, ῳ, Accuſatiuus in, ν, cum uocali Nominatiui.

Maſculini generis. Ἑνικῶς.

Ὁ λόγος. τοῦ λόγου. τῷ λόγῳ, τὸν λόγον. ὦ λόγε. Δυϊκῶς. τὼ λόγω. τοῖν λόγοιν, ὦ λόγω. Πληθυντ. οἱ λόγοι. τῶν λόγων. τοῖς λόγοις. τοὺς λόγους. ὦ λόγοι.

Fœminini generis. Ἑνικῶς.

Ἡ ὁδός. τῆς ὁδοῦ. τῇ ὁδῷ. τὴν ὁδόν. ὦ ὁδέ. Δυϊκῶς. τὰ ὁδώ, ταῖν ὁδοῖν. ὦ ὁδώ. Πλη. αἱ ὁδοί. τῶν ὁδῶν. ταῖς ὁδοῖς. τὰς ὁδούς. ὦ ὁδοί.

Communis generis. Ἑνικῶς.

Ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος. τοῦ καὶ τῆς ἀνθρώπου. τῷ καὶ τῇ ἀνθρώπῳ. τὸν καὶ τὴν ἄνθρωπον. ὦ ἄνθρωπε. Δυϊκῶς. τὼ καὶ τὰ ἀνθρώπω. τοῖν καὶ ταῖν ἀνθρώποιν. ὦ ἀνθρώπω. Πληθ. οἱ καὶ αἱ ἄνθρωποι. τῶν ἀνθρώπων. τοῖς καὶ ταῖς ἀνθρώποις. τοὺς καὶ τὰς ἀνθρώπους. ὦ ἄνθρωποι.

Epicœni generis. Ἑνικῶς.

Ὁ ἀετός. τοῦ ἀετοῦ. τῷ ἀετῷ. τὸν ἀετόν. ὦ ἀετέ. Δυϊκῶς. τὼ ἀετώ. τοῖν ἀετοῖν. ὦ ἀετώ. Πληθ. οἱ ἀετοί. τῶν ἀετῶν. τοῖς ἀετοῖς. τοὺς ἀετούς. ὦ ἀετοί.

Neutri generis. Ἑνικῶς.

Τὸ ξύλον. τοῦ ξύλου. τῷ ξύλῳ. τὸ ξύλον. ὦ ξύλον. Δυϊκῶς. τὼ ξύλω. τοῖν ξύλοιν. ὦ ξύλω. Πληθυν. τὰ ξύλα. τῶν ξύλων. τοῖς ξύλοις. τὰ ξύλα. ὦ ξύλα.

Nec te lateat, omnia neutra in, ον, deſinentia, tam Subſtantiua quam Adiectiua, mittere genitiuum in, ου, ut τὸ ξύλον, τοῦ ξύλου. τὸ καλόν, τοῦ καλοῦ. niſi fuerint à maſculinis adiectiuorum nominum in, ων, cõmuniter deſinentium, ſiue à comparatiuis, ſiue à participiis, quoniam huiuſmodi neutra ſuorum maſculinorum ſequuntur declinationem, ut ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων, τοῦ καὶ τῆς εὐδαίμονος. τὸ εὔδαιμον. τοῦ εὐδαίμονος. ὁ καὶ ἡ μείζων, τοῦ καὶ τῆς μείζονος. τὸ μεῖζον, τοῦ μείζονος. ὁ τύπτων, τοῦ τύπτοντος. τὸ τύπτον, τοῦ τύπτοντος. Etiam in neutris nominibus, tam Pariſyllabis quam Impariſyllabis, tres caſus eſſe ſimiles in omni numero, hoc eſt, nominatiuum, accuſatiuum, & uocatiuum. qui licet in ſingulari, & duali numero uariam habeant terminationem, in plurali tamen ſemper in, α, correptum cõmuniter

deſinunt, ut τὸ μῆλον, nominatiui & accuſatiui caſus, ὦ μῆλον uocatiui. τὸ τυφθέν, ὦ τυφθέν. Δυϊκά. τὼ μήλω, ὦ μήλω. τὼ τυφθέντε. ὦ τυφθέντε. Πληθ. τὰ μῆλα, ὦ μῆλα. τὰ τυφθέντα, ὦ τυφθέντα.

DE QVARTA DECLINATIONE.

QVarta declinatio eſt Atticorum nominum Pariſyllaborum, maſculini generis, & fœminini, ac communis in, ως, & neutri in, ων, διὰ τοῦ, ω, μεγάλου. Quorum genitiuus & datiuus in, ω, deſinunt, Accuſatiuus uero in, ν, cum uocali nominatiui. Ἑνικά.

Ὁ μενέλεως. τοῦ μενέλεω. τῷ μενέλεῳ. τὸν μενέλεων. ὦ μενέλεως. Δυϊκά. τὼ μενέλεω. τοῖν μενέλεῳν. ὦ μενέλεω. Πληθυντικά. οἱ μενέλεῳ. τῶν μενέλεων. τοῖς μενέλεῳς. τοὺς μενέλεως. ὦ μενέλεῳ.

Fœminini generis. Ἑνικά.

Ἡ ἅλως. τῆς ἅλω τῇ ἅλῳ. τὴν ἅλων. ὦ ἅλως. Δυϊκά. τὰ ἅλω. ταῖν ἅλῳν. ὦ ἅλω. Πλη. αἱ ἅλῳ. τῶν ἅλων. ταῖς ἅλῳς. τὰς ἅλως. ὦ ἅλῳ.

Communis generis. Ἑνικά.

Ὁ καὶ ἡ εὔγεως. τοῦ καὶ τῆς εὔγεω. τῷ καὶ τῇ εὔγεῳ. τὸν καὶ τὴν εὔγεων. ὦ εὔγεως. Δυϊκά. τὼ καὶ τὰ εὔγεω. & cætera.

Neutri generis. Ἑνικά.

Τὸ εὔγεων. τοῦ εὔγεω. τῷ εὔγεῳ τὸ εὔγεων. ὦ εὔγεων. Δυϊκά. τὼ εὔγεω. τοῖν εὔγεῳν. ὦ εὔγεω. Πληθ. τὰ εὔγεω. τῶν εὔγεων. τοῖς εὔγεῳς. τὰ εὔγεω. ὦ εὔγεω.

Ne quis miretur communem ordinem declinationum immutatum eſſe, ſciat hoc non temere factum, quandoquidem deriuatum poſterius eſt eo, à quo deriuatur. Nam Attica nomina in, ως, deſinentia, à nominibus in, ος, communiter terminantibus fiunt, ο, in, ω, mutato, ac penultima correpta. Quæ ſi fuerit, α, productum, in, ε, ψιλὸν conuertitur, eodem accentu ſeruato, ac in eadem ſyllaba, & ſi mutata ſit ſyllabarum quantitas. In obliquis uero communibus, ſi in penultima fuerit accentus, In Atticis retrahitur in antepenultimam, ut νικόλαος, νικολάου. νικόλεως, νικόλεω, abiecto, υ, τῆς, ου, diphthongi. Et in Accuſatiuo plurali ſimiliter, τοὺς νικολάους, τοὺς νικόλεως. Si uero fuerit, ι, remanet in diphthongo impropria, τῷ νικολάῳ, τῷ νικόλεῳ. οἱ νικόλαοι, οἱ νικόλεῳ. τοῖν νικολάοιν, τοῖν νικόλεῳν. τοῖς νικολάοις. τοῖς νικόλεῳς.

Atten. Noris tamen Atticos in ſuperioribus quoque declinationibus, prima quidem & tertia, ius ſibi uendicare in Vocatiuos, paſſimque eos ſuis

nominatiuis, ſimiles reddere, ut ὦ αἰνεία κοινῶς, καὶ αἰνείας ἀττικῶς. ὦ χρύση κοινῶς, καὶ χρύσης ἀττικῶς. ὦ λόγε. ὁ δέ. ἄνθρωπε κοινῶς, ὦ λόγος. ὁ δός. ἄνθρωπος ἀττικῶς. Idem erit in Impariſyllabis, quæ quia in nonnullis uariant loco ſuo notabuntur. Reliqua uero libro quarto plenius explicabuntur. Nam hic, ut ſæpius dictum eſt, ſimplicia communiaq; tantum delibamus.

DE QVINTA DECLINATIONE.

uidelicet Impariſyllaborum.

QVinta declinatio eſt omnium Impariſyllaborum nominum Maſculinorum, fœmininorum, neutrorum, communium, & promiſcuorum, differentes terminationes habentium, quorum Genitiuus deſinit in, ος, Datiuus in, ι, Accuſatiuus in, α, & aliquando in, ν,

Maſculina.

ἑνικά. ὁ αἴας. τοῦ αἴαντος. τῷ αἴαντι. τὸν αἴαντα. ὦ αἶαν κοινῶς, καὶ ὦ αἴας ἀττικῶς. δυϊκά. τὼ αἴαντε. τοῖν αἰάντοιν. ὦ αἴαντε. πληθ. οἱ αἴαντες, τῶν αἰάντων. τοῖς αἴασι. τοὺς αἴαντας. ὦ αἴαντες.

Fœminina.

ἑνικά. ἡ ἰλιάς, τῆς ἰλιάδος. τῇ ἰλιάδι. τὴν ἰλιάδα. ὦ ἰλιάς. δυϊκά. τὰ ἰλιάδε. ταῖν ἰλιάδοιν. ὦ ἰλιάδε. πληθυντ. αἱ ἰλιάδες. τῶν ἰλιάδων. ταῖς ἰλιάσι. τὰς ἰλιάδας. ὦ ἰλιάδες.

Neutra.

ἑνικά. τὸ βῆμα. τοῦ βήματος. τῷ βήματι. τὸ βῆμα. ὦ βῆμα. δυϊκά. τὼ βήματε. τοῖν βημάτοιν. ὦ βήματε. πληθυν. τὰ βήματα, τῶν βημάτων. τοῖς βήμασι. τὰ βήματα. ὦ βήματα.

Sed quoniā huius. Quintæ declinationis uariæ ſunt Recti terminationes, non ab re erit, ordine quodam per ſingula genera exempla quædam ponere.

Et primum de nominibus maſculinis in, Σ, deſinentibus, quippe quorum maximus eſt numerus.

ὁ θόας, τοῦ θόαντος. τῷ θόαντι. τὸν θόαντα. ὦ θόαν, καὶ ὦ θόας.
ὁ λάχης. τοῦ λάχητος. τῷ λάχητι. τὸν λάχητα. ὦ λάχη, καὶ ὦ λάχης.
ὁ πάρις. τοῦ πάριδος. τῷ πάριδι. τὸν πάριδα. καὶ πάριν. ὦ πάρι, καὶ ὦ πάρις.
ὁ χαρίεις. τοῦ χαρίεντος. τῷ χαρίεντι. τὸν χαρίεντα. ὦ χαρίεν, καὶ ὦ χαρίεις, καὶ ὦ χαρίον.

ὁ ὠκύς. τοῦ ὠκέος. τῷ ὠκέϊ, καὶ ὠκεῖ. τὸν ὠκέα, καὶ ὠκύν. ὦ ὠκὺ, καὶ ὦ ὠκύς.
ὁ βότρυς. τοῦ βότρυος. τῷ βότρυϊ. τὸν βότρυν μόνον. ὦ βότρυ, καὶ ὦ βότρυς.
ὁ ὀδούς. τοῦ ὀδόντος, τῷ ὀδόντι. τὸν ὀδόντα. ὦ ὀδούς.
ὁ ἱδρώς. τοῦ ἱδρῶτος. τῷ ἱδρῶτι. τὸν ἱδρῶτα. ὦ ἱδρώς.
ὁ ἥρως. τοῦ ἥρωος. τῷ ἥρωϊ. τὸν ἥρωα. ὦ ἥρως.
ὁ ἅλς. τοῦ ἁλός. τῷ ἁλί. τὸν ἅλα. ὦ ἅλς.
ὁ τίρυνς. τοῦ τίρυνθος. τῷ τίρυνθι. τὸν τίρυνθα. ὦ τίρυνς.

In. N.

ὁ παιάν. τοῦ παιᾶνος. τῷ παιᾶνι. τὸν παιᾶνα. ὦ παιάν.
ὁ ποιμήν. τοῦ ποιμένος. τῷ ποιμένι. τὸν ποιμένα. ὦ ποιμήν.
ὁ δελφίν. τοῦ δελφῖνος. τῷ δελφῖνι. τὸν δελφῖνα. ὦ δελφίν.
ὁ φόρκυν. τοῦ φόρκυνος. τῷ φόρκυνι. τὸν φόρκυνα. ὦ φόρκυν.
ὁ ἀγών. τοῦ ἀγῶνος. τῷ ἀγῶνι. τὸν ἀγῶνα, ὦ ἀγών.
ὁ ξενοφῶν. τοῦ ξενοφῶντος. τῷ ξενοφῶντι. τὸν ξενοφῶντα. ὦ ξενοφῶν.

In. Ξ.

ὁ θώραξ. τοῦ θώρακος. τῷ θώρακι. τὸν θώρακα. ὦ θώραξ.
ὁ μύρμηξ. τοῦ μύρμηκος. τῷ μύρμηκι. τὸν μύρμηκα. ὦ μύρμηξ.
ὁ πέρδιξ. τοῦ πέρδικος. τῷ πέρδικι. τὸν πέρδικα. ὦ πέρδιξ.
ὁ δοίδυξ. τοῦ δοίδυκος. τῷ δοίδυκι. τὸν δοίδυκα. ὦ δοίδυξ.
ὁ πτώξ. τοῦ πτωκός. τῷ πτωκί. τὸν πτῶκα. ὦ πτώξ.

In. Ρ.

ὁ μάκαρ. τοῦ μάκαρος. τῷ μάκαρι. τὸν μάκαρα. ὦ μάκαρ.
ὁ λουτήρ. τοῦ λουτῆρος. τῷ λουτῆρι. τὸν λουτῆρα. ὦ λουτήρ.
ὁ αἰθήρ. τοῦ αἰθέρος. τῷ αἰθέρι. τὸν αἰθέρα. ὦ αἰθήρ.
ὁ νέστωρ. τοῦ νέστορος. τῷ νέστορι. τὸν νέστορα. ὦ νέστωρ.

In. Ψ.

ὁ ἄραψ. τοῦ ἄραβος. τῷ ἄραβι. τὸν ἄραβα. ὦ ἄραψ.
ὁ λίψ. τοῦ λιβός. τῷ λιβί. τὸν λίβα. ὦ λίψ.
ὁ μέροψ. τοῦ μέροπος. τῷ μέροπι. τὸν μέροπα. ὦ μέροψ.
ὁ κύκλωψ. τοῦ κύκλωπος. τῷ κύκλωπι. τὸν κύκλωπα. ὦ κύκλωψ.

Exempla foemininorum. In. N.

ἡ τροιζήν. τῆς τροιζῆνος. τῇ τροιζῆνι. τὴν τροιζῆνα. ὦ τροιζήν.
ἡ σαλαμίν. τῆς σαλαμῖνος. τῇ σαλαμῖνι. τὴν σαλαμῖνα. ὦ σαλαμίν.
ἡ γόρτυν. τῆς γόρτυνος. τῇ γόρτυνι. τὴν γόρτυνα. ὦ γόρτυν.
ἡ τρήρων. τῆς τρήρωνος. τῇ τρήρωνι. τὴν τρήρωνα. ὦ τρήρων.

Ξ

ἡ ἄβλαξ. τῆς ἄβλακος. τῇ ἄβλακι. τὴν ἄβλακα. ὦ ἄβλαξ.
ἡ ἀλώπηξ. τῆς ἀλώπεκος. τῇ ἀλώπεκι. τὴν ἀλώπεκα. ὦ ἀλώπηξ.
ἡ κύλιξ. τῆς κύλικος. τῇ κύλικι. τὴν κύλικα. ὦ κύλιξ.
ἡ φλόξ. τῆς φλογός. τῇ φλογί. τὴν φλόγα. ὦ φλόξ.

Ρ

ἡ δάμαρ. τῆς δάμαρτος. τῇ δάμαρτι. τὴν δάμαρτα. ὦ δάμαρ.
ἡ χείρ. τῆς χειρός. τῇ χειρί. τὴν χεῖρα ὦ χείρ.
ἡ μήτηρ. τῆς μητέρος, καὶ μητρός. τῇ μητέρι, καὶ μητρί. τὴν μητέρα μόνον. ὦ μῆτερ.

Σ

ἡ λαμπάς. τῆς λαμπάδος. τῇ λαμπάδι. τὴν λαμπάδα. ὦ λαμπάς.
ἡ δαΐς. τῆς δαϊτός. τῇ δαϊτί. τὴν δαῖτα. ὦ δαΐς.
ἡ φιλότης. τῆς φιλότητος. τῇ φιλότητι. τὴν φιλότητα. ὦ φιλότης.
ἡ κόνις. τῆς κόνιος. τῇ κόνιϊ. τὴν κόνιν. ὦ κόνις.
ἡ κλείς, τῆς κλειδός. τῇ κλειδί. τὴν κλεῖδα καὶ κλεῖν. ὦ κλείς.
ἡ χλαμύς. τῆς χλαμύδος. τῇ χλαμύδι. τὴν χλαμύδα. ὦ χλαμύς.
ἡ γένυς. τῆς γένυος. τῇ γένυϊ. τὴν γένυν. ὦ γένυς.
ἡ τίρως. τῆς τίρωθος. τῇ τίρωθι. τὴν τίρωθα. ὦ τίρως.

Ψ

ἡ φλέψ. τῆς φλεβός. τῇ φλεβί. τὴν φλέβα. ὦ φλέψ.

Exempla neutrorum. In. A. I. Y.

τὸ βῆμα. τοῦ βήματος. τῷ βήματι. τὸ βῆμα. ὦ βῆμα.
τὸ μέλι. τοῦ μέλιτος. τῷ μέλιτι. τὸ μέλι. ὦ μέλι.
τὸ δόρυ. τοῦ δόρυος, καὶ δορός. τῷ δόρυϊ, καὶ δορί. τὸ δόρυ. ὦ δόρυ.

Ν

τὸ πᾶν. τοῦ παντός. τῷ παντί. τὸ πᾶν. ὦ πᾶν.
τὸ μέλαν. τοῦ μέλανος. τῷ μέλανι. τὸ μέλαν. ὦ μέλαν.
τὸ τιθέν. τοῦ τιθέντος. τῷ τιθέντι. τὸ τιθέν. ὦ τιθέν.
τὸ τυπτοῦν. τοῦ τυπτοῦντος. τῷ τυπτοῦντι. τὸ τυπτοῦν. ὦ τυπτοῦν.
τὸ ζευγνύν. τοῦ ζευγνύντος. τῷ ζευγνύντι. τὸ ζευγνύν. ὦ ζευγνύν.
τὸ μεῖζον. τοῦ μείζονος. τῷ μείζονι. τὸ μεῖζον. ὦ μεῖζον.

Ρ

τὸ δέλεαρ. τοῦ δελέατος. τῷ δελέατι. τὸ δέλεαρ. ὦ δέλεαρ.
τὸ ἧπαρ τοῦ ἥπατος. τῷ ἥπατι. τὸ ἧπαρ. ὦ ἧπαρ.
τὸ κῆρ τοῦ κηρός. τῷ κηρί τὸ κῆρ. ὦ κῆρ.
τὸ ὕδωρ. τοῦ ὕδατος. τῷ ὕδατι. τὸ ὕδωρ. ὦ ὕδωρ.

Σ

τὸ ἅλας, τοῦ ἅλατος. τῷ ἅλατι. τὸ ἅλας. ὦ ἅλας.

τὸ σταῖς. τοῦ σταιτός. τῷ σταιτί. τὸ σταῖς. ὦ σταῖς.
τὸ τετυφός τοῦ. τετυφότος. τῷ τετυφότι. τὸ τετυφός. ὦ τετυφός.
Et hæc de ſimplicibus declinationibus. Nunc uero de contractis per κρᾶσιν, ſiue συναίρεσιν dicendum.

DE CONTRACTIS.

QVinque igitur ſunt & aliæ Declinationes, quæ συνῃρημέναι, hoc eſt, contractæ appellantur, & à quinta Simplicium fiunt per ſynæreſin, & craſin quas Græci communiori uocabulo Synalephas appellant, quæ figuræ inter ſe differunt.

Synæreſis quid. Nam Synæreſis eſt quædam coniunctio, ſiue cohærentia duarum ſeparatarum uocalium in diphthongum, in qua nulla fit uocalium tranſmutatio, ut δημοσθένεϊ, δημοσθένει. λητοΐ, λητοῖ

Craſis quid. Craſis autem eſt quædam commixtio, ſiue contemperamentum duarum ſeparatarum uocalium, nunc in diphthongum, nunc uero in monophthongum, in quibus aut altera uocalium tranſmutatur; ut δημοσθένεος, δημοσθένους. aut ambæ, ut δημοσθένεα, δημοσθένη. Nam ε, &, ο, in, ου, diphthongum contracta ſunt, ubi, ε, omnino tranſmutatum eſt. Ε, uero &, α, in, η, monophthongum, in qua & ſi neutra uocalium actu appareat, poteſtate tamen ambæ in ea mixtæ ſunt. Abuſiue tamen altera pro altera capitur. Vtraque enim ut plurimum communi uocabulo Synæreſis appellatur, & ſi ipſam rarius fieri contingat. *Regula.* Aduertendum eſt etiam præcedente uocali longa, quantacunque ſit ſequens, nunquam ex illis fieri ſynæreſim, ut aſſerit Emanuel Chryſolora. Fit autem, aut ex duabus breuibus, aut ex breui & longa, & ſemper in longam. *Synæreſis pro Craſi.* Sed ſciendum Synæreſim pro Craſi eſſe accipiendam, nam ſynæreſis, ut ſupra definiuimus, raro ex præcedente breui fit, & in datiuo ſingulari tantum, primæ & quartæ, & quintæ declinationis, ut δημοσθένεϊ, δημοσθένει. λητοΐ, λητοῖ. κρέαϊ, κρέᾳ. Cæteræ uero contractiones per craſin fiunt omnes, & ex præcedente breui ſemper, quæ eſt aut, α, aut, ε, aut, ι, aut, ο, ut in ſequentibus declinationibus liquido apparebit.

DE PRIMA DECLINATIONE.
Contractorum.

PRima declinatio Contractorum eſt nominum Maſculinorum, fœmininorum, & communium, deſinentium in, ης, ac Neu-

trorum in, ες, Adiectiuorum. & in, ος, Subſtantiuorum, quorum geni
tiuus perfectus & impariſyllabus διὰ τοῦ, εος, exiſtens in, ους, facit con
tractum. Synæreſes autem huius declinationis ex, ε, tenui fiunt *Synæreſes*
ſemper, & ex quauis uocali pura ſequente, hoc eſt, nulla interce *primæ.*
dente Conſonante. Sic, ε, &, ο, in, ου, diphthongum, & in, οι. Ε, &, ω,
in, ω. Ε, &, ι, in, ει, diphthongum ſemper. Ε, &, α, & duo, εε, aliqua ſe
quente conſonante, etiam in, ει, diphthongum, alioqui in, η, mo
nophthongum. Sunt igitur in uniuerſum ſynæreſes quinque. ει, ου, *Synæreſes*
οι, η, &, ω, quarum ſinguli genitiui ſingulas ſortiti ſunt. Genitiuus *quinque.*
ſingularis, ου, τοῦ δημοσθένεος. νους. Dualis, οι, τοῖν δημοσθενέοιν. νοῖν.
pluralis, ω, τῶν δημοσθενέων. νῶν. Ει, communis eſt datiuo ſingulari,
nominatiuo, accuſatiuo, & uocatiuo pluralibus, τῷ δημοσθένεϊ, νει,
οἱ δημοσθένεες, νεις, τοὺς δημοσθένεας, νεις. Η, uero cõmunis eſt accu
ſatiuo ſingulari, & nominatiuo & accuſatiuo duali, τὸν δημοσθένεα. νη.
τὼ δημοσθένεε, νη. Nominatiuo etiã & Accuſatiuo, & Vocatiuo plu
ralibus neutrorum, τὰ τείχεα, χη, ὦ τείχεα, χη.

EXEMPLA MASC. Ἑνικά.

Ὁ δημοσθένης. τοῦ δημοσθένεος, δημοσθένους. τῷ δημοσθένεϊ, νει, τὸν δη
μοσθένεα, νη, ὦ δημόσθενες κοινῶς, καὶ ὦ δημοσθένης ἀττικῶς. Δυϊκά.
τὼ δημοσθένεε, νη, τοῖν δημοσθενέοιν, δημοσθενοῖν. ὦ δημοσθένεε, νη.
Πληθυντ. οἱ δημοσθένεες, νεις, τῶν δημοσθενέων, νῶν, τοῖς δημοσθένεσι.
τοὺς δημοσθένεας, νεις, ὦ δημοσθένεες, νεις.

Foemininorum. Ἑνικά.

Ἡ τριήρης. τῆς τριήρεος, ρους, τῇ τριήρεϊ, ρει, τὴν τριήρεα, ρη, ὦ τρίηρες, καὶ
ὦ τριήρης, reliqua, ut ſuperius.

Communium. Ἑνικά.

Ὁ καὶ ἡ ἀληθής. τοῦ καὶ τῆς ἀληθέος. θοῦς. τῷ καὶ τῇ ἀληθέϊ. θεῖ. τὸν καὶ
τὴν ἀληθέα, θῆ. ὦ ἀληθές, καὶ ὦ ἀληθής. Δυϊκά. τὼ καὶ τὰ ἀληθέε. θῆ. τοῖν
καὶ ταῖν ἀληθέοιν. θοῖν. ὦ ἀληθέε. θῆ. Πλη. οἱ καὶ αἱ ἀληθέες. θεῖς. τῶν ἀλη
θέων. θῶν. τοῖς καὶ ταῖς ἀληθέσι. τοὺς καὶ τὰς ἀληθέας. θεῖς. ὦ ἀληθέες. θεῖς.

Neutra Adiectiua. Ἑνικά.

Τὸ ἀληθές. τοῦ ἀληθέος θοῦς. τῷ ἀληθέϊ. θεῖ. τὸ ἀληθές. ὦ ἀληθές.
Δυϊκά. τὼ ἀληθέε. θῆ. τοῖν ἀληθέοιν. θοῖν. ὦ ἀληθέε. θῆ. Πλη. τὰ ἀλη
θέα. θῆ. τῶν ἀληθέων. θῶν. τοῖς ἀληθέσι. τὰ ἀληθέα. θῆ. ὦ ἀληθέα. θῆ.

Neutra Subſtantiua. Ἑνικά.

Τὸ τεῖχος. τοῦ τείχεος. καὶ τείχους. τῷ τείχεϊ. χει. τὸ τεῖχος. ὦ τεῖχος.
Δυϊκά. τὼ τείχεε. χη. τοῖν τειχέοιν. χοῖν. ὦ τείχεε. χη. Πληθ. τὰ τείχεα.
χη. τῶν τειχέων. χῶν. τοῖς τείχεσι. τὰ τείχεα. χη, ὦ τείχεα, τείχη.

DE SECVNDA DECLINATIONE.

Contractorum.

SEecunda declinatio Contractorum nominum duas habet terminationes, ις, maſculinorum, fœmininorum, & communium, &, ι, neutrorum, quorum genitiuus διὰ τοῦ, ιος, κοινῶς profertur, & εος, ἰωνικῶς &, εως, ἀττικῶς. Accuſatiuus in, ιν, ſolum. Huius autem declinationis una tantum ſynæreſis fit propria, hoc eſt, in, ι, produ-
Synæreſes ſecundæ. ctum. Quia præcedente, ι, ſequente uero quauis uocali, ſi ex eis ſynæreſis fieri contingat, in, ι, fit ſemper, quod cuiuſuis generis quattuor tantum euenit caſibus, hoc eſt, datiuo ſingulari, τῷ ὄφιϊ, ὄφι. τῷ σινήπιϊ, σινήπι. Nominatiuo, accuſatiuo, & uocatiuo pluralibus, οἱ ὄφιες, ὄφις. τοὺς ὄφιας, ὄφις. ὦ ὄφιες, ὄφις. τὰ σινήπια. πι. ὦ σινήπια. πι. In duali numero, nunq̃ fit ſynæreſis in, ι, eodem uero, ι, in, ε, conuerſo Ionico more, eædem fiunt ſynæreſes, quæ ſunt in prima Declinatione. Quandoquidem ex, ε, tenui & uocali ſequente fiunt, & hoc in dictis quattuor caſibus, & in nominatiuo duali. τῷ ὄφεϊ, ὄφει. τὼ ὄφεε. φη. οἱ ὄφεες. φεις. τοὺς ὄφεας. φεις. ὦ ὄφεες, ὄφεις. Et in neutris. τῷ σινήπεϊ, πει. τὼ σινήπεε. πη. τὰ σινήπεα. πι. Sunt igitur tres duntaxat ſynæ-
Tres tantum ſynæreſes. reſes, ι, ſcilicet productum, quæ eſt huic declinationi propria, & duæ communes cum prima, hoc eſt, ει, &, η, Genitiuorum enim nullus patitur ſynæreſim, ſed diuerſus eſt ſecundum diuerſarum linguarum proprietates. Nam regula eſt, quod quandocunq; genitiuus Singularis patitur ſynæreſim, etiam dualis & pluralis patiuntur, atſi non patitur Singularis, nec cæteri patiuntur.

Maſculina. Ἑνικά.

Ὁ ὄφις. τοῦ ὄφιος κοινῶς, καὶ ὄφεος ἰωνικῶς, καὶ ὄφεως ἀττικῶς. τῷ ὄφιϊ, ὄφι, καὶ ὄφεϊ, ὄφει. τὸν ὄφιν μόνον. ὦ ὄφι, καὶ ὦ ὄφις. Δυϊκά. τὼ ὄφιε μόνον, καὶ ὄφεε, ὄφη. τοῖν ὀφίοιν, καὶ ὀφέοιν, καὶ ὀφεῷν. ὦ ὄφιε μόνον, καὶ ὄφεε, ὄφη. Πληθ. οἱ ὄφιες, ὄφις, καὶ ὄφεες, ὄφεις. τῶν ὀφίων, καὶ ὀφίων, καὶ ὄφεων. τοῖς ὄφισι, καὶ ὄφεσι. τοὺς ὄφιας, ὄφις, καὶ ὄφεας, ὄφεις. ὦ ὄφιες, ὄφις, καὶ ὄφεες, ὄφεις.

Foeminina. Ἑνικά.

Ἡ πόλις, τῆς πόλιος κοινῶς, καὶ πόλεος ἰωνικῶς, καὶ πόλεως ἀττικῶς. τῇ πόλιϊ, πόλι, καὶ πόλεϊ, πόλει. τὴν πόλιν μόνον. ὦ πόλι, καὶ ὦ πόλις. Δυϊκά. τὼ πόλιε μόνον, καὶ πόλεε, πόλη. τοῖν πολίοιν, καὶ πολέοιν, καὶ πολεῷν. ὦ πόλιε μόνον, καὶ πόλεε, πόλη. Πλη. αἱ πόλιες, πόλις, καὶ πόλεες, πόλεις. τῶν πολίων, καὶ πολέων, καὶ πόλεων. τοῖς πόλισι, καὶ πόλεσι. τὰς πόλιας, πόλις, καὶ πόλεας, πόλεις. ὦ πόλιες, πόλις, καὶ πόλεες, πόλεις.

Neutra. Ἑνικά.

Τὸ σίνηπι. τοῦ σινήπιος κοινῶς, καὶ σινήπεος ἰωνικῶς, καὶ σινήπεως ἀττικῶς. τῷ σινήπιϊ. νήπι. καὶ σινήπεϊ. πει. τὸ σίνηπι. ὦ σίνηπι. Δυϊκά. τὼ σινήπιε μόνον, καὶ σινήπεε. πη. τοῖν σινηπίοιν, καὶ σινηπέοιν, καὶ σινηπέων. ὦ σινήπιε μόνον, καὶ σινήπεε. πη. Πληθ. τὰ σινήπια, σινήπι, καὶ σινήπεα. πη. τῶν σινηπίων, καὶ σινηπέων, καὶ σινήπεων. τοῖς σινήπισι, καὶ σινήπεσι. τὰ σινήπια, σινήπι, καὶ σινήπεα. πη. ὦ σινήπια, σινήπι καὶ σινήπεα, σινήπη.

DE TERTIA DECLINATIONE.

TErtia declinatio contractorum nominum unicam habet terminationem in εὺς, & maſculinorum tantum, quorum genitiuos διὰ τοῦ εος fit κοινῶς. καὶ εως ἀττικῶς. καὶ ηος ἰωνικῶς. Cuius ſynæreſes ſunt cum prima declinatione communes: quandoquidem ex ε tenui præcedente fiunt, & uocali ſequente: & duæ ſunt tantum, ει ſcilicet & η. ει enim in datiuo ſingulari: τῷ βασιλέϊ. λει. in nominatiuo, accuſatiuo, & uocatiuo pluralibus: οἱ βασιλέες. λεῖς. τοὺς βασιλέας. λεῖς, ὦ βασιλέες. λεῖς. Η, uero in nominatiuo & uocatiuo duali. τὼ βασιλέε. λῆ. ὦ βασιλέε. λῆ. Genitiuorum autem nullus patitur συναίρεσιν, ſed diuerſus eſt ſecundum linguarum diuerſitatem. Aduertendum etiam penultimam uocalem: hoc eſt, ε ψιλόν, in omnibus caſibus, dempto ſingulari nominatiuo & uocatiuo, in η, conuerti ἔθει ἰωνικῷ, nec ex ea ſynæreſim fieri. *Synereſis tertie declinationis*

Παράδειγμα. Ἑνικά.

OMne uerbum incipit aut á uocali, aut á conſonante. Si á uocali, aut á ſimplici, aut á diphthongo. Si á ſimplici, aut á mutabili, aut ab immutabili. Si ab immutabili, hoc eſt, η, ι, υ, ω, nulla fit uocalium mutatio in præteritis: ut ἠχέω, ἠχῶ, ἤχεον, ἤχουν, ἤχηκα, ἠχήκειν, ἤχησα. ἰξεύω, ἴξευον, ἴξευκα, ἰξεύκειν, ἴξευσα. ὑβρίζω, ὕβριζον, ὕβρικα, ὑβρίκειν, ὕβρισα. ὠφελέω. ῶ. ὠφέλεον, ὠφέλουν, ὠφέληκα, ὠφελήκειν, ὠφέλησα. At ἰξεύω. & ὑβρίζω, & ſimilia, quanquam ab immutabilibus uocalibus incipiant, eaſdem tamen in præſenti poſitione longas habent, in præteritis uero natura: quod augmenti ratione factum eſt: ancipites enim ſunt.

Si autem uerbum incipiat á mutabilibus uocalibus, hoc eſt, α, ε,
& ο, in præteritis mutantur in longas: quá mutationem temporale
augmentum appellamus. α, quidé in, η, cõmuniter mutatur: ut *Si ab. α.*
ἀκούω, ἤκουον, ἤκουκα, ἠκούκειν. ἤκουσα. Excipiuntur ἀηθέσσω, ἀήθεσσον,
& ἀηδίζομαι, ἀηδιζόμην, propter alternationem duorum, ηη. Exci-
pitur & ἄω, ſpiro, cuius præteritum imperfectum, ἄον, facit, ne coin-
cidat cum ἦον, cuius thema eſt ἔω, & ἀΐω, audio, quod ἄϊον, facit,
ut differat ab ἤϊον, quod ibam ſignificat. Si autem ab, ε, incipiat uer- *Si ab. ε.*
bum, ε, mutatur in, η, ut ἔω, ἦκα, ἤκειν, ἦσα. ἐλεέω, ἐλεῶ, ἠλέεον,
ἠλέουν, ἠλέηκα, ἠλεήκειν, ἠλέησα. Excipiuntur aliqua, in quibus, ε, ma-
nens aſſumit, ι, in diphthongum, hoc eſt: ἔχω, εἶχον. ἕπω, εἷπον. ἕλω,
εἷλον. ἕλκω, εἷλκον. ἑλκύω, εἵλκυον. ἕρπω, εἷρπον. ἑρπίζω, εἵρπιζον. ἑστή-
κω, εἱστήκειν. medium pluſquam perfectum, ἕπομαι, εἱπόμην. ἑστιάω.
ῶ. εἱστίαον, εἱστίων. ἑάω. ῶ. εἵαον, εἵων. ἕω, εἷμαι, ἑρύω, εἵρυον. ἔθω, εἴωθα.
medium perfectum, ἐθίζω, εἴθιζον. ἐργάζομαι, εἰργαζόμην. Si autem *Si ab. ο.*
ab ο, incipiat uerbũ, ο, uertitur in, ω, ut ὁρίζω, ὥριζον. ὀνομάζω, ὠνό-
μαζον, & alia. Inueniuntur tamé apud Poetas huiuſmodi uerba abſq;
augmento Ionico more: ut ἄκουσεν, ἀντὶ τοῦ ἤκουσεν. ἔλουσεν, ἀντὶ τοῦ
ἤλουσεν. ὀνόμηνεν, ἀντὶ τοῦ ὠνόμηνεν.

Si uero á diphthongo incipiat uerbum, aut á mutabili incipit, aut ab immutabili. Si ab immutabili, hoc eſt, ει, ευ, & ου, nulla fit mutatio: ut εἰκάζω, εἴκαζον. εὕδω, εὗδον, καὶ ηὗδον Ἀττικῶς. ſicut εὔχομαι, ηὐχόμην & ſimilia, in quibus Attici mutant, ε, in, η. οὐρέω. ῶ. οὔρεον,
οὔρουν. Si autem á mutabili, αι, ſcilicet, αυ, & οι, eadem fit mutatio,
quæ in ſimplicibus uocalibus. Nam ſi ab αι, incipiat uerbum, uerti- *Si ab. αι.*

tur α, in, η, & ι, ſubſcribitur. unde ex propria diphthongo impro-
Si ab. αυ. pria fit: ut αἴρω, ἦρον, ἦρκα, ἤρκειν. Si autem ab αυ, uertitur, α, in, η, ut
Si ab. οι. αὐλέω. ῶ. ηὔλεον, ηὔλουν. Si autem ab, οι, uertitur, ο, in ω, cui ſubſcri
bitur, ι, & fit. ῳ, diphthongus impropria: ut οἰκτείρω, ᾤκτειρον. Anno
Atten. tátur aliqua in quibus nulla fit mutatio: ut οἰῶμαι, οἰώθην, ἀόριστος α.
παθητικός. οἴμω, οἴμησα. οἰνῶ, οἴνωσα. οἰνίζω, οἴνισα. οἰστρῶ, οἴστρωσα οἰωνί-
ζομαι, οἰωνιζόμην. οἰωνοσκοπῶ, οἰωνοσκόπησα. οἰωνοπολῶ, οἰωνοπόλησα.
οἰακίζω, οἰάκισα. οἰακονομῶ, οἰακονόμησα. οἰακοστροφῶ, οἰακοστρόφησα.
& οἰδαίνω, & οἰκουρῶ ſecundum quoſdam annotata ſunt.

Si a conſo-nante. Si autem incipiat uerbum à cõſonante, oĩa præterita in principio
aſſumunt, ε, quod ſyllabicum augmentum appellatur: ut σπείρω,
παρατατικός, ἔσπειρον. παρακείμενος, ἔσπαρκα. ὑπερσυντελικός, ἐσπάρ-
κειν. ἀόριστος. α. ἔσπειρα. ἀόριστος. β. ἔσπαρον. At præteritum pfectum
præter, ε, (quod eſt cõmune augmentum) & Præſentis conſonan-
tem repetit, ſi tamen ſola ac ſimplex exiſtat: quia tunc, ε, correptum
remanet, & per id communis fit præteriti perfecti geminatio: ut
Atten. τύπτω. παρατ. ἔτυπτον. παρακ. τέτυφα. λέγω, ἔλεγον, λέλεχα. His ex-
ceptis quæ à ρ, principium habent: quandoquidem in eorum præte
ritis, ρρ, nempe geminandum eſt: ut ῥίπτω, ἔρριπτον, ἔρριφα. non
autem ῥέριφα, quoniam, ε, productum exiſtit, cum duæ ſequantur
ῥεριπομέ-ναι. conſonantes, hoc eſt, ρρ, geminatum. At ῥερισπωμένα participium
præteriti paſſiui eſt, id eſt ῥερίσπωμαι, ἀπὸ τοῦ ῥιπόομαι, οῦμαι. ε, ha-
bet correptum metri gratia, altero quidem, ρ, tranſpoſito: iccirco ge-
minat, ρ, præſentis conſonantem, Ὀδυσσείας ζ.

Ἐς ποταμὸν πλυνέουσα, τά μοι ῥερισπωμένα κεῖται.

Sic ῥέρημα, ἐκ τοῦ ἔρρημαι & alia huiuſmodi. Cur autem ρ, ſit gemi
nandum, in Libro ſexto, hoc eſt, in præterito impſecto actiuo abun-
Si ab aſpi-ratis. de dicetur. Si uero ab aliqua aſpiratarũ uerbum incipiat, nulla illa-
rum repetitur, ſed earum loco tenues ſubrogantur: ut θείνω, τέθεικα.
Si a duab. Cõſonan. φαίνω, πέφαγκα. χαίρω, κέχαρκα. At ſi duæ fuerint conſonantes,
neutra illarum geminatur, cum ε, quod natura breue exiſtit, poſitio
ne factum ſit longum: ut φθείρω, ἔφθαρκα. niſi muta cum liquida
ſequatur ε, quia tunc repetitur muta: quandoquidem ε, hoc in loco
Si muta cũ liquida. pro breui habetur. Nam muta cum liquida ſiue immutabili, cõmu-
nem faciunt ſyllabam, ut γράφω, γέγραφα. Excipiuntur quæ à γν, &
Atten. γρ, principium habent, in quibus γ, non repetitur, quia longam fa-
ciunt ſyllabam: ut γναφεύω, ἐγνάφευκα. γνόω, γνῶ, ἔγνωκα. γρηγορέω,
γρηγορῶ, ἐγρηγόρηκα. Inueniuntur μέμνημαι ἀπὸ τοῦ μνάομαι. ῶμαι.

κέκτηται, ἀπὸ τοῦ κτάομαι. ὦμαι. & πέπλομαι, ἀπὸ τοῦ πλάομαι, ὦμαι. & πέπλωκα, ἀπὸ τοῦ πλόω ἀχρήστου. In quibus præteritũ perfectum priorem repetit. Nam κτ, μν, & πλ, apud poetas cõmunem faciunt ſyllabam: ſicut & muta cum liquida. ſic Herodianus. Si uero ab aliqua duplicium uerbum incipiat: hoc eſt, ζ, ξ, ψ, nullam illarum geminat præteritum perfectum; cum ε, breue poſitione ꝑducatur: ut ζάω, ἔζηκα, ξέω, ἔξεκα, ψάλλω, ἔψαλκα. In his igitur uerbis á conſonante incipientibus hoc breuiter aduertendum eſt, an præteritum imperfectum ε, quod eſt ſyllabicum augmentum, correptam habeat: quia tunc præſentis conſonans in præterito perfecto cum ipſo ε, correpto geminatur, etiam ſi communis ſit ſyllaba, quoniam hoc in loco pro breui reputatur: ut λέγω, ἔλεγον, λέλεχα. κρίνω, ἔκρινον, κέκρικα. Si uero præteritum perfectum ε, productum habeat, nequaquam præteritum Imperfectum geminationẽ ſuſcipit. Quoniam omnis geminatio ſiue reduplicatio cõmunis per breuem uocalem, ι, ſcilicet, ſiue ε, ſemper fit, nunquam autem per longam.

Atten.

Si a duplici.

Præceptio.

DE VERBIS COMPOSITIS.


QVandocunq; præpoſitiones nihil plus ſignificant in compoſitione uerborum, quàm ipſa uerba ſimplicia, fit conſuetum augmentum in principio totius compoſiti, & tanquam ſimplex uerbum declinatur. Quandoquidem præpoſitio nulla alia neceſſitate, quàm ornatus gratia, ipſi uerbo præpoſita eſt: ut ἐνέπω, ἤνεπον: ex ἐν præpoſitione & ἔπω, quod idem, ſignificat, hoc eſt, dico. Si autem plus ſignificant præpoſitiones quàm ipſum uerbum ſimplex, fit augmentum inter ipſam præpoſitionem & uerbum: ut παρακούω, παρήκουον, α, in, η, conuerſa, cuius ſimplex uerbum, hoc eſt, ἀκούω, audio ſignificat, præpoſita uero παρὰ, præpoſitione, mutata eſt uerbi ſignificatio. Nam παρακούω, obaudio ſignificat, & decipio. Aduertendum eſt in his cõpoſitis, præpoſitiones abiicere extremam uocalem, alia ſequente uocali, tam in Præſenti q̃ in Præteritis: ut παρέχω, παρεῖχον, ex παρὰ & ἔχω. ἀπαυρῶ, ἀπηύρων. Quocirca etiã in uerbis á cõſonantibus incipientibus, cũ in præteritis ſuſcipiãt ε, ſyllabicum augmẽtum, pari modo præpoſitiones abiiciunt extremã uocalẽ: ut λείπω, ἔλειπον. καταλείπω, κατέλειπον. At ſi uerba incipiãt ab aſpiratis uocalibus, ſiue diphthongis, præpoſitiones mutant tenues in proprias aſpiratas: ut ἅπτομαι, καθάπτομαι. ἕπομαι, καθέπομαι.

Atten.

Atten.

Περὶ uero & πρὸ extremam retinent uocalem, etſi cũ à uocali incipientibus componantur: ut περιάπτω, περιέχω. προάγω, προῆγον. Sunt quæ Atticorum more in principio compoſiti augmentum aſſumunt, quorum ſimplicia in uſu non ſunt: ut ἀμφισβητῶ, ἠμφισβήτουν, ἀντιβολῶ, ἠντιβόλουν. Quædam intrinſecus, ut ἀπολαύω, ἀπέλαυον, καὶ ἀπήλαυον. ἐπιχειρῶ, ἐπεχείρουν. ἐγκωμιάζω, ἐνεγκωμίαζον. Quædam etiam à δυς, & εὖ, incipientia, hoc idem patiuntur: ut δυσαπιστῶ, δυσηπίστουν. δυσαρεστῶ, δυσηρέστουν. εὐορκῶ, εὐώρκουν. εὐεργετῶ, εὐηργέτουν, εὐαγγελίζομαι, εὐηγγελιζόμην.

Sunt & quæ in principio duplex habent augmentum, ſyllabicum ſcilicet, & temporale: ut μέλλω, ἤμελλον. δύναμαι, ἠδυνάμην. βούλομαι, ἠβουλόμην: pro ἔμελλον, ἐδυνάμην, ἐβουλόμην. Quædam uero in principio, & in medio: ut ἐνοχλῶ, ἠνώχλουν. ἀνορθῶ, ἠνώρθουν, ἀνέχομαι, ἠνειχόμην, ſecundum quoſdam: παροινῶ, ἐπαρῴνουν. Age uero dictionem hanc omnem, in compendium redactam, uti moris eſt noſtri ſubiecta in pagina deſcribamus.



Si à ſimplici conſonante incipiat uerbum, præteritum perfectū præter ε, quod eſt cōmune augmentum in omnibus præteritis uerboꝝ à conſonante incipiētium, eundem aſſumit ſimplicem: ut τύπτω τέτυφα. his exceptis, quæ à ρ, principium habēt, in quibus, ρ, non repetitur. Deniptis etiā quæ ab aſpiratis incipiunt, quoniā pro eis propriæ tenues ſuffragantur. Si à duplici, actu, præteritum perfectum neutram aſſumit: ut σπείρω ἔσπαρκα. niſi fuerit muta cum immutabili, quia tunc repetitur muta: ut κρίνω, κέκρικα. Excipiuntur quæ à γν, initium habent, in quibus, γ, non repetitur: ut γνωρίζω, ἐγνώρικα. γρηγορῶ, ἐγρηγόρηκα. Si à duplici, poteſtate, ut ſunt, ζ, ξ, ψ, nulla earum in præt. perfecto repetitur.

ἀνθίσσω	ἔχω, εἶχον.	οἰῶμαι
ἀνθίσσον.	ἕπω, εἶπον.	οἰμῶ
ἀνδίζομαι.	ἕλω, εἷλον.	οἰνῶ
ἀνδιζόμην.	ἕλκω, εἷλκον.	οἰνίζω
ἄω, ᾆον.	ἑλκύω, εἵλκυον.	οἰστρῶ
ἀΐω. ἄϊον.	ἕρπω, εἷρπον.	οἰωνίζομαι
	ἑρπίζω, εἵρπιζον.	οἰνοσκοπῶ
	ἑστιάω, ἑστίαον.	οἰνοπωλῶ.
	ἕπομαι, εἱπόμην.	οἰκίζω,
	ἑστιῶ, ἑστίων.	οἰκονομῶ.
	ἐῶ, εἴων.	οἰκοστροφῶ.
	ἕω, εἷμαι.	οἰδαίνω.
	ἑρύω, εἵρυον.	οἰκτρῶ.
	ἔθω, εἴωθα.	οἰμώζω.
	ἐθίζω, εἴθιζον.	
	ἐργάζομαι, εἰργαζόμην.	

DE FORMATIONE SINGVLARVM PERSONAR. IN NVMERIS TEMPORIBVS ET MODIS OMNIBVS.

INDICATIVO MODO ACTIVORVM.

Ἐνεστώς.

Τύπτω, à nullo fit, cum ſit totius uerbi thema. Secunda perſona τύπτεις, à prima fit, extrema in, εις, conuerſa. Tertia τύπτει, à ſecunda expuncto, σ, Δυϊκά. Prima perſona formari non poteſt, quandoquidē prima pluralis in, μεν, deſinit. Secunda perſona a ſecunda ſingulari, expuncto, σ, ac, ι, ſubiunctiua uocali diphthongi, & addita, τον, τύπτετον. Tertia eadem eſt cum ſecunda, τύπτετον. Πληθ. Prima pſona à prima ſingulari fit, ω, in, ο, conuerſo, & adiuncta, μεν, τύπτομεν. Secūda à prima, extrema ī τε, & ο, in, ε, mutatis, τύπτετε. Tertia etiā à prima, extrema ī, σι, cōuerſa, ac υ, penultimæ uocali adiūcto, τύπτουσι.

Παρατατικὸς ἐνικά.

Ἔτυπτον, à τύπτω prima ſingulari præſentis temporis, extrema in ον, mutata, ac ε, cōmuni augmento præpoſito. Secunda perſona à prima eiuſdē tēporis, extrema in, ες, cōuerſa, ἔτυπτες. Tertia à ſecunda, expuncto, σ, ἔτυπτε. Δυϊκά. Prima pſona formari nō poteſt, ſicut neq; in duali præſentis temporis. Secunda perſona à ſecunda ſingulari fit, expuncto, σ, & appoſita, τον, ἐτύπτετον. Tertia à ſecunda

Atten. duali, extrema in, την, conuerſa, ἐτυπτέτην. Nam quandocunq; tertia pſona pluralis deſinit aut, in, ι, aut in, αι, ſecunda & tertia dualis numeri ſimiles ſunt, alioqui diſſimiles. Vbi & hoc quoq; aduertendum, accentum loco moueri, quandocunq; extrema, quæ breuis eſt, in longam mutatur. Πληθυντ. Prima perſona à prima ſingulari, interiecta με, inter, ο, & ν, ἐτύπτομεν.. Secunda à prima plurali, extrema in τε, ac penultima uocali in, ε, mutatis, ἐτύπτετε. Tertia ἔτυπτον, quæ à Genitiuo ſui participii fit expuncta, τος, ſyllaba, ac ε, augmento præpoſito, ut τύπτον τύπτοντος, ἔτυπτον. & eſt par ſyllabis primæ perſonæ ſingulari, quod nempe & ambobus Aoriſtis euenit.

Παρακείμενος.

Τέτυφα, à τύψω, uenit Futuro, extrema ſcilicet in, φα, mutata, cum ſit uerbum primæ coniugationis Grauitonorum, geminata

etiam principali conſonante præſentis, quæ præponitur, ε, breui, quod eſt cõmune, ut modo diximus, augmentũ. Quæ quidem con ſonans principalis ideo geminatur, quia ſimplex ac ſola eſt, nec facit præcedentem ſyllabam poſitione longam. De qua re, cum de præteritorum augmento tractaretur, ſatis locuti ſumus.

Penultimam quoq; habet eandem cum futuro, id quod ferè omnibus quidem uerbis commune eſt: ut λέγω, λέξω, λέλεχα. πείθω, πείσω, πέπεικα. Attici tamen in diſſyllabis primæ & ſecundæ coniugationis, habentibus, ε, in penultima, uertentes, ε, in, ο, faciunt præteritum: ut πέμπω, πέπεμφα, κοινῶς, καὶ πέπομφα ἀττικῶς. Excipiuntur etiam uerba diſſyllaba quintæ coniugationis, quæ in futuri penultima, ε, habent, quo in, α, conuerſo, fit commune præteritum: ut σπείρω, σπερῶ, ἔσπαρκα. Vbi aduertendum eſt, immutabilem illam, quam ante, κα, finalem inuenies, loco non moueri: ſi tamen, aut, λ, fuerit aut, ρ, ut ψάλλω, ἔψαλκα. φθείρω, ἔφθαρκα. μ, uero ſequẽte, κ, cum male inter ſe cohæreant, aſſumit, η, ut νέμω νενέμηκα, pro, νένεμκα, τέμω, ſiue τέμνω, τετέμηκα, quæ quidem in præterito, ε, ſeruant, quaquam eorum Futura diſſyllaba ſint. At, ν, uertitur in, γ, ſequente, κ, quod nempe fit, quoties illud, ν, ante, γ, κ, ξ, χ, inuentum fuerit: ut φαίνω, πέφαγκα. Si uero penultima præſentis diſſyllabi aut, ι, fuerit, aut, υ, ι, omnino abiicitur: ut κρίνω, κέκρικα. θύνω, τέθυκα: etiam ſi fuerit, ει, diphthongus: ut κτείνω, ἔκτακα. Præterea ſi præteritum in, κα, deſinens longam habuerit penultimam, expuncto, κ, Ionice corripit eandem: ut βέβηκα, βέβαα, κέκραγα, κέκραα. Secunda perſona à prima deducitur, adiuncto, σ, τέτυφας. Tertia à ſecunda, extrema in, ε, mutata, τέτυφε. Δυϊκά. Secunda perſona à ſecunda ſingulari expuncto, σ, & appoſita, τον, τετύφατον. Tertia eadem eſt cum ſecunda, τετύφατον. Πλη. prima perſona à prima ſingulari, adiuncta, μεν, τετύφαμεν. Secunda à prima, extrema in τε, mutata, τετύφατε. Tertia quoq; ab eadẽ fit, μεν, in, σι, cõuerſa, τετύφασι.

Penultima.

Attice πέπομφα.

μ ante, κ. locum non habet.

ν, in, γ, Atten.

βέβαα Ionice κέκραα

De præterito Attico.

Sciendum autem, Atticos in uerbis à mutabilibus uocalibus incipientibus, hoc eſt, α, ε, & ο, proprium facere præteritũ Actiuũ, medium, & paſſiuum: principales duas litteras præſentis, commu in præterito præponentes, corripientes inſuper, quantum ptinet ad uocalẽ tertiã à principio ſyllabam, ſi ſupra tres ſyllabas præteritum extiterit: ut ἀγείρω, ἤγερκα κοινῶς, καὶ ἀγήγερκα ἀττικῶς: unde paſſiuũ ἀγήγερμαι, ἀκούω, ἤκουκα, καὶ μέσος ἤκουα κοινῶς, καὶ ἀκήκοα ἀττικῶς.

Atten. Vbi ſciendum, præteritum actiuum & paſſiuũ Atticum, non poſſe habere pauciores quattuor ſyllabis. Debet enim habere principalem ſyllabam præſentis temporis, eamq; breuem: quoniam præteritum Atticum nunquam à longa principium habet: ſed à quapiam trium iam dictarum, α, ſcilicet correpta, ε, & ο. Secundam uero & tertiam, per eandem conſonantem geminatam, & cum uocali longa, η, ſcilicet, ſiue ω. Nam α, & ε, ex temporali augmento in præteritis mutantur in, η, ο μικρὸν uero in, ω, quæ quidem uocales in communi præterito primum tenent locum: in Attico uero, ſecundum: ut ἀλείφω, ἤλειφα κοινῶς, καὶ ἀλήλιφα ἀττικῶς. ὀρύσσω, ὤρυχα κοινῶς, καὶ ὀρώρυχα ἀττικῶς. At quartam ſyllabam ſibi uendicat, quæ per propriam figuratiuã præteriti conſonantem cum, α, finali enuntiatur. Medium uero præteritum trium ſyllabarum eſſe poteſt, quod nempe euenit, cum uerbum diſſyllabum forte extiterit. Nam prima ſyllaba eadem eſt cum prima præſentis, ſicut in actiuo & paſſiuo præterito. Secunda & tertia per eandem conſonantem geminatã enuntiatur, quæ quidem conſonans & figuratiua eſt præſentis temporis, & præteriti medii: ut ἄρω, ἦρκα, καὶ μέσος ἦρα κοινῶς, καὶ ἄρηρα ἀττικῶς. Cuius extrema per, ρ, quæ eſt præteriti medii figuratiua, effertur, & eadem repetitur in ſecunda & tertia ſyllaba ſecundum regulæ præceptionem ſic, ἔδω ἦκα, καὶ μέσος ἦδα κοινῶς, καὶ ἔδηδα ἀττικῶς.

Atten. & alia huiuſmodi. Sunt quædam uerba ab ο, incipientia, quoꝝ præterito cõmuni ſolum, ε, Attici præponere conſueuerunt: ut ὥρακα, ἑώρακα. ὦσμαι, ἕωσμαι. Quos poetæ imitati, in præterito imperfecto, & in ambobus Aoriſtis hoc idem facere conſueuerunt: ut ὥρων, ἑώρων. ὠνούμην, ἐωνούμην. ἧκα. ἕηκα. ἧκε, unde ξυνέηκε. εἶπε, ἔειπε. & ſimilia.

Atten. *De tertia a principio.* Sed quoniam dictum eſt, tertiam ſyllabam à principio eſſe corripiendam, aduertendum eſt quo pacto id faciendum: quia η, mutatur in, ε, ut ἀλήθω, ἤληκα κοινῶς, καὶ ἀλήλεκα ἀττικῶς. ω, in, ο, ut ἐρωτῶ, ἠρώτηκα κοινῶς, καὶ ἐρηρότηκα ἀττικῶς. Si fuerit diphthongus ει, uel ευ, uel οι, uel ου. ει, quidem abiicit ε, ut ἀλείφω, ἤλειφα, ἀλήλιφα. ευ, quoq; abiicit, ε, ut ἐλεύθω, ἤλευκα, ἐλήλυκα, καὶ μέσος ἐλήλυθα. οι, uero abiicit ι, ut ἑτοιμάζω, ἡτοίμακα, ἑτητόμακα. At ου abiicit υ: ut ἀκούω, ἤκουκα, ἀκήκοκα, καὶ μέσος ἀκήκοα. Sed de hoc ſatis, quandoquidem hæc libro ſexto plenius dicentur.

Ὑπερσυντελικός.

Ἐτετύφειν à τέτυφα præterito perfecto deducitur, extrema in ειν, mutata, cui & alterum, ε, omnino præponitur: quod fit quan-

docunq; præteritum perfectum à conſonante principium habet. At ſi à ſola uocali incipiat præteritum perfectum, ab eadem quoq; & pluſquamperfectum inchoare neceſſe eſt: ut ἀκούω, ἤκουκα, ἠκούκειν. σπείρω, ἔσπαρκα, ἐσπάρκειν. Secunda perſona à prima fit ν, in σ, uerſo, ἐτετύφεις. Tertia à ſecunda expuncto σ, ἐτετύφει. Δυϊκά. Secunda perſona à ſecunda ſingulari expuncto σ, & adiuncta τὸν ſyllaba, ἐτετύφειτον. Tertia à ſecunda duali, τον, in, την, mutata, ἐτετυφείτην. Πλη. Prima perſona à prima ſingulari, abiecto, ν, adiuncta μεν, ἐτετύφειμεν. Secunda à prima plurali, μεν, in, τε, conuerſa, ἐτετύφειτε. Tertia etiam à prima, μεν, in, σαν, conuerſa, ἐτετύφεισαν

Ἀόριστος. α.

Ἔτυψα à futuro trahitur, ω, in, α, mutato, eademq; conſonante ſeruata, & ε, communi augmento præpoſito: ut τύπτω. τύψω, ἔτυψα. Excipitur εἶπα ἀπὸ τοῦ ἔπω, ἔψω. & ἤνεγκα ἀπὸ τοῦ ἐνέγκω, ἐνέγξω. & ἔθηκα ἀπὸ τοῦ τίθημι. θήσω. & ἔδωκα ἀπὸ τοῦ δίδωμι, δώσω. & ἧκα ἀπὸ τοῦ ἵημι, ἥσω. quæ ſuorum futurorum conſonantes omnino abnuerunt. Penultimam uero habet eandem cum futuro Primus Aoriſtus, & eam aut natura aut poſitione productam. Igitur ſi penultima futuri breuis extiterit, ſicut uerbis quintæ coniugationis euenit, omnino erit producenda. Nam ſi fuerit, α, ab ipſo themate, id mutabitur in, η: ut ψάλλω, ψαλῶ, ἔψηλα. Si αι, diphthōgus, eadem fiet mutatio in, η, Atticorum Ionumq; more: ut χαίνω, χανῶ, ἔχηνα. μιαίνω, μιανῶ, ἐμίηνα. Communiter tamen ἐμίανα dicitur & ἐσήμανα, ἀπὸ τοῦ σημαίνω, α, exiſtente longa. Si uero, ι, aut, υ, cum ſint ancipites, producūtur: ut κρίνω, κρινῶ, ἔκρινα. ὀτρύνω, ὀτρυνῶ, ὤτρυνα. Si ε, fuerit, aſſumet, ι, in diphthongum: ut φθείρω, φθερῶ, ἔφθειρα. Sunt & qui penultimam correptam ſeruant: ut ἐτέλεσα, ἐγέλασα. Secunda perſona ἔτυψας, tertia ἔτυψε: ſicut à πέτυφα, πέτυφας, πέτυφε. Δυϊκά. Secunda perſona à ſecunda ſingulari expuncto, σ, & adiuncta τον, ἐτύψατον. Tertia à ſecunda duali, extrema in, την, mutata, ἐτυψάτην. Πλη. Prima perſona à prima ſingulari adiuncta μεν, ἐτύψαμεν. Secunda à prima plurali. μεν, in τε, conuerſa, ἐτύψατε. Tertia à genitiuo ſui participii abiecta, τος, ſyllaba, & ε, ſyllabico augmento præpoſito: ut τύψας, τύψαντος, ἔτυψαν. Siue à prima ſingulari, adiuncto, ν, ἔτυψα, ἔτυψαν.

De penultima Aoriſti longa.

Exleges. Att.

Ἀόριστος. β.

Ἔτυπον à primo fit, extrema in, ον, mutata cum præſentis conſonante, quæ figuratiua dicitur, de qua in principio de uerborum for-

matione ſupra dictum eſt:cui, ε, quoq; commune augmentum præponitur,& eandem habet inflexionem in omnibus numeris, quam & præteritum imperfectum. Eſt etiam ſyllabis par primo Aoriſto, ſi thema Grauitonum ſit:ut τύπτω, ἔτυψα, ἔτυπον. Si uero Circumflexum, una minuitur ſyllaba: ut δουπῶ. ἐδούπησα, ἔδουπον. σχῶ, ἔσχησα, ἔσχον. Vbi aduertendum eſt, ſecundum Aoriſtum in hoc à Præterito medio differre, quoniam etſi à primo Aoriſto una ſyllaba minuatur, diſſyllabus tamen eſſe poteſt, etiam augmento ſyllabico connumerato: ut ἔσχον, ἔσχες, ἔσχε: quo abiecto fit σχὲ, τὸ προστακτικὸν, καὶ προσθέσει τοῦ, σ, σχὲς: unde πρόσχες, κατάσχες. abundat enim, σ, quoniam monoſyllabum eſt, ut inquit Zenodotus Penultimam autem corripit ſecundus Aoriſtus à themate Grauitono exiſtens, ſi polyſyllabus ſit: ut λήθω, ἔλαθον. Nam diſſyllabi augmenti gratia ut plurimum penultimam producunt, cum eadem etiã principalis ſit: ut εἶδον, εἶλον, εἶχον, & alia. Vertitur enim, η, in, α, quoniam ſecundus Aoriſtus amat habere in penultima ancipitem correptam. Etiam ſi fuerit, ε, in diſſyllabo themate aliqua præcedente inmutabili, ſiue ſequente: ut plurimum uertitur in, α, ut δέρω, ἔδαρον. πλέκω, ἔπλακον. λέγω tamen ἔλεγον facit, & φλέγω ἔφλεγον, & βλέπω ἔβλεπον. Si uero, ω, id quoq; in, α, mutatur: ut τρώγω, ἔτραγον. Si duæ fuerint bitemporeæ ſiue ancipites, abiicitur ſecunda: ut καίω, ἔκαον. παύω, ἔπαον. unde ἐπαύω καὶ ἀναπαύω, Aoriſtus ſecundus paſſiuus in uſu. Si ευ, aut ει, abiicitur, ε, ut φεύγω, ἔφυγον. λείπω, ἔλιπον. Excipiuntur diſſyllaba quintæ coniugationis, in quibus expuncto, ι, diphthongi, ε, in, α, mutatur: ut σπείρω, ἔσπαρον. ὀφείλω uero ὦφλον, & ἀγείρω, ἤγερον, & ἐγείρω, ἤγερον. & ſimilia triſyllaba enim ſunt. A themate uero Circũflexo exiſtens ſecundus Aoriſtus corripit penultimã, ſi ante ω, finalem ſola cõſonans exiſtat: ut πιτῶ, ῶ, ἔπιτον Excipitur δουπῶ, ἔδουπον, εὑρῶ, εὗρον. Si duæ extiterint conſonantes, poſitione producitur penultima: ut βλαστῶ, ἔβλαστον. ὀλισθῶ, ὤλισθον.

Μέλλων. α.

Futurum primum à præſenti fit, & in, ω, deſinens idem habet principium: ut τύπτω, τύψω. Tria tamen excipiuntur quæ principalem ſyllabam habent aſpiratam: hoc eſt θρέψω, θρέξω, ἕξω quorum themata eandem habent læuigatam, id eſt tenuem: ut τρέφω, τρέχω, ἔχω: & quidem propter ſequentem aſpiratam. Nulla enim dictio diſſyllaba in uſu eſt, quæ utranq; aſpiratam habeat. Conſonan-

tes autem futuri iam dictum eſt tres eſſe proprias:etſi futurum uerborum quintæ Coniugationis expuncto, σ, quattuor immutabiles, ut proprias figuratiuas, ſibi uendicauerit: ut ψάλλω, ψαλῶ. νέμω, νεμῶ. κρίνω, κρινῶ. σπείρω, σπερῶ. Penultima quoque ut plurimum habet eandem cum præſenti:ut λείπω, λείψω. Excipiuntur uerba quintæ coniugationis, quæ penultimam corripiunt, cum aut alteram immutabilem abiiciant:ut τίλλω, τιλῶ. κάμνω, καμῶ. aut, ι, diphthongi:ut φαίνω, φανῶ. κείρω, κερῶ. Sunt & quædam alia, quæ differentem habent penultimam:ut πλέω, πλεύσω. ῥέω, ῥεύσω. πνέω, πνεύσω. καίω, καύσω. κλαίω, κλαύσω. Eſt etiam futurum par ſyllabis præſenti, niſi ſynæreſim, aut reduplicationem præſens patiatur:ut eſt ποιῶ, ποιήσω. τίθημι, θήσω. Quædam tamen ſunt uerba, quæ ex circumflexis Grauitona facta ſunt, ἔθει ἀττικῷ:ut θέλω, μέλω, ὀφείλω, βούλω, ἀπὸ τοῦ θελῶ, μελῶ, ὀφειλῶ. βουλῶ. quorum futurum non ab Atticis Grauitonis, ſed a circumflexorum perfectis eſt: ut θελήσω ἀπὸ τοῦ θελέω. μελήσω ἀπὸ τοῦ μελέω. ὀφειλήσω ἀπὸ τοῦ ὀφειλέω. βουλήσω ἀπὸ τοῦ βουλέω. Hoc quidem & αὔξω patitur & ἀλέξω, & ἕψω, ἀπὸ τοῦ αὐξῶ, ἀλεξῶ & ἑψῶ. Futurum uero αὐξήσω, ἀλεξήσω. ἑψήσω, ab eo quod eſt αὐξέω, ἀλεξέω, ἑψέω. & alia quæcunque inueniantur ſimilia. Inflexionem autem eandem habet futurum in omnibus numeris, quam & præſens.

Att.

De penultima.

Att.

Μέλλων. β.

Secundum futurum fit a ſecundo Aoriſto, abiecto augmento, ac extrema in, ῶ, circumflexum mutata, eademque penultima uocali, ac extrema conſonante, quæ figuratiua coniugationis eſt, ſeruatis:ut τύπτω, ἔτυπον, τυπῶ. σπείρω, ἔσπαρον, σπαρῶ. Cuius inflexio talis eſt, τυπῶ, τυπεῖς, τυπεῖ. Δυϊκά. τυπεῖτον, τυπεῖτον, a ſecunda perſona ſingulari expuncto, σ, & addita τὸν, ſyllaba. Πλη. Prima perſona a prima ſingulari, ω, in ου, mutata, & adiuncta μεν, ſyllaba, τυποῦμεν. Secunda a prima plurali, ου, in, ει, & μεν, in τε, mutatis, τυπεῖτε. Tertia & ipſa quoque a prima, extrema in, σ, conuerſa, τυποῦσι, accentu circumflexo obſeruato.

ΠΡΟΣΤΑΚΤΙΚΑ ἘΝΕΡΓΗΤΙΚΑ.

Ἐνεστῶς καὶ παρατ.

τύπτε a tertia perſona præteriti imperfecti, expuncto, ε, ſyllabico augmento, ἔτυπτε, τύπτε. Tertia perſona a ſecunda deducitur, adiuncta τω, τυπτέτω. Δυϊκά. Secunda perſona a ſecunda

perſona ſingulari, appoſita τον, τύπτετον. Tertia, à tertia ſingulari, addito, ν, τυπτέτων. πλη. Secunda perſona, à ſecunda ſingulari, adiũcta τε, τύπτετε. Tertia, à tertia ſingulari, addita σαν, τυπτέτωσαν. Vbi uariatis ſyllabis ac ſyllabarum numero, accentus quoq; locum uariari neceſſe eſt.

παρακείμ. καὶ ὑπερσυν.

Τέτυφε à tertia perſona præteriti perfecti, nulla mutatione facta. Tertia perſona à ſecunda fit, appoſita τω, τετυφέτω. Δυϊκὰ, καὶ πλη. præſentis formationem omnino ſequuntur.

Ἀόριστος. α.

Τύψον à tertia ſui temporis ἔτυψε, expuncto augmento, & extrema in, ον, mutata, Syracuſanorum more. Tertia perſona à ſecunda fit, expuncto, ν, & ο, in, α, uerſo, & appoſita τω, ſyllaba, τυψάτω. Δυϊκὰ. τύψατον, τυψάτων. πλη. τύψατε, τυψάτωσαν, α, ubiq; ſeruato. Nam primus Aoriſtus tam Actiuorum, quàm Mediorum, α, ancipitem uocalem natura ſibi aſciuit in omnibus modis, ac etiam participiis, dempto ſubiunctiuo,

Ἀόριστος. β.

Τύπε, τυπέτω, à tertia ſui temporis penultima acuta, ſicut τύπτε, τυπτέτω: demptis tribus, uidelicet εἰπὲ, ἐλθὲ, εὑρὲ.

Εὐκτικὰ ἐνεργητικά.

Optatiui omnes actiui à genitiuis participiorum fiunt, extrema in μι, uerſa, & abiecto ν, quando interfuerit, ac penultimæ adiuncto ι, ου, uero quoties inciderit, in, οι, mutabitur, ut ſemper ſit diphthongus διὰ τοῦ, ι,

Ἐνεστὼς καὶ παρατ.

Ὁ τύπτων, τοῦ τύπτοντος, extrema genitiui in μι, ac expuncto ν, & eius loco, ι, uocali aſſumpta, fit, τύπτοιμι. Secunda perſona à prima, extrema in, σ, mutata, τύπτοις. Tertia à ſecunda, σ, ſolum expuncto, τύπτοι. Δυϊκά. Secunda perſona à ſecunda ſingulari, expuncto, σ, & adiuncta τον, τύπτοιτον. Tertia à ſecunda duali, τον, in την, cõuerſa, τυπτοίτην. πλη. Prima perſona à prima ſingulari extrema in μεν, mutata, τύπτοιμεν. Secunda a prima plurali, μεν in τε conuerſa, τύπτοιτε, Tertia etiã à prima, expuncto μ, tantum, τύπτοιεν.

παρακείμ. καὶ ὑπερσυν.

Ὁ τετυφὼς, τοῦ τετυφότος. unde τετύφοιμι, extremà ſcilicet genitiui in, μι, τετύφοις. ι, penultimæ appoſito. Secunda perſona, Tertia τετύφοι, augmento ubiq; ſeruato, καὶ τὰ λοιπά.

Ἀόριστος. α.

ὁ τύψας. τοῦ τύψαντος. τύψαιμι τύψαις τύψαι.

Ἀόριστος. α.

ὁ τυπών, τοῦ τυπόντος. τύποιμι τύποις τύποι.

μέλλων. α.

ὁ τύψων, τοῦ τύψοντος. τύψοιμι τύψοις τύψοι.

μέλλων. β.

ὁ τυπῶν. τοῦ τυποῦντος τυποῖμι τυποῖς τυποῖ.

Accentu circumflexo ubiq; ſeruato, niſi poſtrema obſtiterit.

ΥΠΟΤΑΚΤΙΚᾺ ἘΝΕΡΓΗΤΙΚᾺ.

Subiunctiuis oībus præponitur ἐάν coniunctio, quæ Latine cum, ſignificat. Sed aduertendum eſt actiuos omnes ſubiunctiuos uerborum in, ω, deſinentium, ſimilem habere inflexionem & formationem cum indicatiuo præſentis temporis, ε, tamen ubi forte extiterit in, η, mutato, etiam ſi in diphthongo fuerit, & ο, in, ω, conuerſo: ac υ, uocali ſubiūctiua omnino abiecta: ut τύπτω, τύπτεις, τύπτει, ἐάν τύπτω, τύπτῃς, τύπτῃ. τύπτετον, τύπτετον, ἐάν τύπτητον, τύπτητον, τύπτομεν, τύπτετε, τύπτουσι, ἐάν τύπτωμεν, τύπτητε, τύπτωσι. Quam quidem litteraturā & Præteritū pfectum, & ambo Aoriſti ſequūtur.

Ἐνεστὼς καὶ παρατ.

Ἐάν τύπτω, à prima perſona præſentis indicatiui uenit: ſiue à prima imperfecti ἔτυπτον, Veterū more, abiecto incremento, pariter &, ν, finali, & ο, in, ω, mutato.

Παρακείμ. καὶ ὑπερσυν.

Ἐάν τετύφω. à prima ſui temporis τέτυφα, α, in, ω, conuerſo, & accentu in penultimam translato.

Ἀόριστος. α.

Ἐάν τύψω, à prima Aoriſti ἔτυψα, expuncto augmento & α, in, ω, mutato.

Ἀόριστος. β.

Ἐάν τύπω, à prima fit Aoriſti ſecundi, eodem modo, quo de præſenti dictum eſt.

ἈΠΑΡΈΜΦΑΤΑ ἘΝΕΡΓΗΤΙΚᾺ.

Τύπτειν fit à tertia ſingulari præſentis temporis Indicatiui modi, adiuncta, ν, τύπτει, τύπτειν,

Παρακ. καὶ ὑπερσυν.

Τετυφέναι à tertia præteriti perfecti τέτυφε, addita ναι, ſyllaba.

Ἀόριςος. α.

Τύψαι à tertia ſui Aoriſti ἔτυψε, abiecto augmento, ac ε, tenui in αι, diphthongum uerſo.

Ἀόριςος. β.

Τυπεῖν à tertia ſecundi Aoriſti ἔτυπε, expuncto augmento, & ι, cum, ν, addito, ac ultima circumflexa.

μέλλων. α. καὶ. β.

Τύψειν & τυπεῖν, eodem modo formantur, quo & præſens, ν, ſcilicet adiuncto

Nota ad circumflexa. Infinitiuus uero actiuus uerborum circumflexorum à tertia imperfecti temporis fit iuxta Veterum traditionem, expuncto ſcilicet augmento, & addita, ν, conſonante: ut ἐποίει, ποιεῖν. ἐβόα, βοᾶν. ἐχρύσου, χρυσοῦν. Nihil tamen prohibet, quin à perfecto infinitiuo præſentis temporis, in unaquaq; circumflexorum coniugatione contractus, ac proprius Infinitiuus regulariter deduci poſſit. Nam ſi ex, ει, quæ eſt finalis diphthongus infinitiui perfecti, ſubtrahatur, ι, ſubiunctiua uocalis, & ex propria figuratiua cuiuſuis coniugationis, & ε, ſequente, que ex ει, diphthongo relicta eſt, fiat ſynæreſis. Id quidem eueniet ut unaqueq; coniugatio etiam in ipſo infinitiuo propriam ſortiatur ſynæreſim: ut ποιέειν, ποιέεν, ποιεῖν. βοάειν, βοάεν, βοᾶν. χρυσόειν, χρυσόεν, χρυσοῦν. Siquidem duæ, εε, in, ει, contrahuntur. α, & ε, in α, productum. ο, & ε, in ου, Et ſic duplicem huiuſmodi Infinitiuorum formationem habes.

ΜΕΤΟΧΑΙ ἘΝΕΡΓΗΤΙΚΑΙ.

Ἐνεςὼς καὶ παρατ.

Τύπτων, τοῦ τύπτοντος, à prima fit præſentis temporis, addito, ν. ἡ τύπτουσα, à Genitiuo Maſculini, extrema in σα, conuerſa, ac ο, penultimæ uocali adiuncto, υ, prius tamen, ν, conſonante expuncta. τὸ τύπτον, à Genitiuo Maſculini, extrema ſyllaba tantùm expuncta.

Παρακ. καὶ ὑπερσυν.

ὁ τετυφὼς, τοῦ τετυφότος, à ſecunda ſui temporis, α, in ω, mutato, & accentu in ultimam tranſlato. ἡ τετυφυῖα, à genitiuo maſculini, extrema in α, & ο, penultima uocali expuncta, ac eius loco, υι, diphthongo impropria interiecta. τὸ τετυφὸς, τοῦ τετυφότος, à Nominatiuo maſculini, ω, in ο, mutato: uel à genitiuo, abiecta, το, ſyllaba.

Ἀόριςος. α.

ὁ τύψας, τοῦ τύψαντος, à ſecunda ſui Aoriſti, expuncto, ε, ſyllabyco augmento, & accentu in penultimam tranſlato. τύψασα, à nominatiuo maſcul. α, tantum uocali adiuncta. τὸ τύψαν, τὸ τύψαν,

à Genitiuo maſculini, extrema ſyllaba abiecta.

Α'όριςος. β.

ὁ τυπῶν, τοῦ τυπόντος, ο, à prima ſui Aoriſti, ο, in ω, mutato, & acuto accentu ad ultimam reiecto. ἡ τυποῦσα, à genitiuo maſculini, ſicut ἡ τύπτουσα, accentu tamen circumflexo ſuper penultimam po ſito, ubi poſtrema non fuerit producta. τὸ τυπὸν, à genitiuo maſcu lini extrema ſyllaba abiecta.

Μέλλων. α.

ὁ τύψων, τοῦ τύψοντος, à prima primi futuri, adiuncto, ν, ἡ τύψουσα, ſicut ἡ τύπτουσα. τὸ τύψον, ſicut τὸ τύπτον.

Μέλλων. β.

ὁ τυπῶν τοῦ τυποῦντος, à prima ſecundi futuri, ν, addito, & accen tu circumflexo ubiq; ſeruato, niſi extrema fuerit impedimento. ἡ τυποῦσα, à genitiuo maſculini, extrema in, σα, conuerſa, ſicut in τύ πτουσα dictum eſt, accentu circumflexo ubiq; ſeruato, ubi poſtrema non obſtiterit. τὸ τυποῦν, τοῦ τυποῦντος, à Genitiuo Maſculini, accen tu circumflexo ſeruato, ut ſupra.

ὉΡΙΣΤΙΚᾺ ΠΑΘΗΤΙΚᾺ.

Ἐνεςώς.

τύπτομαι, à prima perſona præſentis actiui, ω, in, ο, mutato, & adiuncta, μαι, ſyllaba. Secunda perſona à prima deducitur, expun cto, μ, &, ο, in, ε, conuerſo, τύπτεαι ἰωνικῶς, ε, uero &, α, in, η, κατὰ κρᾶσιν uerſis, ac ſubſcripto, ι, fit τύπτῃ κοινῶς. Tertia à ſecunda per ſona perfecta τύπτεαι, interiecta, τ, τύπτεται. Δυϊκά. Prima per ſona à prima ſingulari, extrema in μεθον, uerſa, τυπτόμεθον. Secun da à tertia ſingulari, ται, in, σθον, mutata, τύπτεσθον. Tertia ſimilis eſt ſecundæ, τύπτεσθον. Πλη. Prima perſona à prima duali, θον, in θα, conuerſa, τυπτόμεθα. Secunda à ſecunda duali, extrema in, σθε, mutata, τύπτεσθε. Tertia à tertia ſingulari, ε, penultima uocali in, ο, uerſa, ac, ν, conſonante interiecta, τύπτονται.

Παρατατικός.

ἐτυπτόμην, a prima imperfecti actiui, ἔτυπτον, μη, inter, ο, &, ν, poſita. Secunda perſona à prima fit, penultima in, ε, & extrema in ο, uerſis, ἐτύπτεο ἰωνικῶς, καὶ κράσει τοῦ ε, καὶ ο, εἰς, ου, ἐτύπτου κοινῶς. Tertia perſona à ſecunda perfecta ἐτύπτεο, interiecto τ, ἐτύπτε το. Δυϊκά. Prima perſona à prima ſingulari, extrema in, μεθον, uerſa, ἐτυπτόμεθον. Secunda à tertia ſingulari duali, extrema in, σθον mutata, ἐτύπτεσθον. Tertia à ſecunda duali, extrema in, σθην, con

uerſa, ἐτυπτέσθην. Πλη. Prima perſona á prima duali, σθον, in, θα, conuerſa, ἐτυπτόμεθα. Secunda á ſecunda duali, extrema, in, σθε, uerſa, ἐτύπτεσθε. Tertia à tertia ſingulari, ε, in, ο, conuerſo, ac ν, con ſonante interiecta, ἐτύπτοντο.

Παρακείμενος.

Att. Τέτυμμαι, fit á præterito actiuo τέτυφα. Pro quo annotandum
eſt, treis eſſe terminationes numeri ſingularis paſſiui præteriti, μαι,
ſcilicet primæ perſonæ: σαι, ſecundæ, uel actu, uel poteſtate: ται,
uero tertiæ: ante quas cum uariæ ſint conſonantes, uarias quoq; for-
mationes eſſe oportet. Nam prima Coniugatio tres habet mutas, β,
π, φ, & duplicem unam, hoc eſt, ψ, quæ ἀντίστοιχα, ſunt: quarum
quidem altera loco alterius ponitur. τύψω enim futurum, ψ, du-
plicem ſibi uendicat, qua in ſimplices reſoluta, hoc eſt, in π, & σ,
cum eas poteſtate contineat, fit τύπσω, at σω, in α, conuerſa, ac tenui
in aſpiratam, hoc eſt, π, in, φ, præteritum fit actiuum τέτυφα,
unde α, in, μαι, mutata, & φ, in β, prima fit paſſiui præteriti per-
ſona, τέτυβμαι. at μαι, in σαι, & β, in, π, uerſis, fit ſecunda τέτυ-
πσαι, π uero & σ, iterum unitis, hoc eſt in, ψ, reuerſis, fit τέτυψαι,
Att. at σαι, in, ται, conuerſa, fit tertia τέτυπται. Τέτυβμαι tamen non
dicimus ob ineptam conſonantium ſtructuram, ſed τέτυμμαι, β, in
μ, conuerſo, cum alterum, μ, ſequatur. Δυϊκά. Prima perſona á
prima fit ſingulari, extrema in μεθον, conuerſa, τέτυμμαι, τετύμμε-
θον. Secunda uero & tertia à tertia ſingulari, αι, in, ον, & tenuibus
in proprias aſpiratas uerſis, τέτυπται, τέτυφθον. Πλη. Prima perſo
na á prima duali, θον, in, θα, conuerſa, τετύμμεθα. Secunda á ſecun
da duali, ον, in, ε, conuerſa, τέτυφθε. Tertia uero formari non po-
teſt, ſi tertia ſingularis, á qua formanda eſt, aliquam habeat conſo-
nantem ante ται, cum inter ipſam & penultimam, ν, conſonans
omnino ſit interponenda. Nam τέτυπνται, dicendum quidem fo-
Suppl. per ret, ſi talem litterarum ſtructuram ulla dictio reciperet. Ergo ſup-
partic. & plendum erit per proprium participium & ſubſtantiuum uerbum:
ſubſt. uerb. ut τετυμμένοι εἰσίν. Vbi uero nulla interceſſerit conſonans, apta fiet
formatio: ut πεποίηνται, πεποίηνται. At Ionico more in omnibus
uerbis propemodum tertia perſona pluralis præteriti paſſiui for-
mari poteſt, cum ante ται, loco, ν, conſonantis, α, uocalem appetat,
quam hoc in loco ſic formare poterimus. Nam in prima & ſecunda
coniugatione Grauitonorum, à prima perſona præteriti actiui fit
tertia paſſiui Ionice, adiuncta ται, ſyllaba, ſeruata tamen penultima

præteriti paſſiui:ut τέτυφα, τετύφαται. λέλεχα, λελέχαται. In tertia uero & quarta à medio fit præterito, ſeruata ut ſupra penultima præteriti paſſiui:ut πείθω, μέσος παρακ. πέποιθα. παθητικὸς, πέπεισαι, πεπείθαται. φράζω, πέφραδα, πέφρασαι, πεφράδαται. In quinta uero coniugatione ea ſolum uerba hanc tertiam perſonam Ionice formatam habent, quæ in, ρω, deſinunt, & à medio præterito formari poteſt, ſeruata (ut dictum eſt) penultima præteriti paſſiui:ut σπείρω, ἔσπορα, ἔσπαρται, ἐσπάρεται. uel à tertia ſingulari, hoc eſt, ἔσπαρται, α, uocali ſolum interpoſita, ἐσπάραται. At in uerbis in, ω, purum deſinentibus, ſiue Grauitonis, ſiue Circūflexis, ac etiam in, μι, aptius formabitur, ſi à tertia quoq; ſingulari præteriti paſſiui nullam ante ται, habente conſonantem deduxerimus, penultimam ſcilicet corripientes, ſi longa forte exiſtat, & α, uocalem interponentes: ut κλείω, κέκλειται, κεκλείαται. ποιέω ῶ. πεποίηται, πεποίαται. χρυσόω. ῶ. κεχρύσωται, κεχρυσόαται. δίδωμι, δέδωται, δεδόαται. At βεβολάαται, & ἑστάαται, non dicimus, διὰ τὴν κακοφωνίαν. Poetæ tamen metri gratia nonnunquam antepenultimam productam ſeruant. ὀδυσσείαο α, αἰθίοπές τοι δίχθα δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν. In his uero quæ σ, habent ante ται, nequaquam formari poteſt tertia pſona ἰωνικῶς: de qua libro ſexto latius dicetur.

Verba in ρω.

Verba in ω purum.

Atten. βεβοάατι ἑστάατι

In ſecunda coniugatione tres aliæ locantur mutæ, γ, ſcilicet, κ, χ, & ξ, duplex: & hæ quoq; ἀντίστοιχα ſunt, & altera quidē in alterius locum ſuccedit, eodem ordine quo & ſuperiores in prima coniugatione monſtrauimus: ut λέγω, μέλλων λέξω.. duplici uero in ſimplices reſoluta, hoc eſt in, κ, &, σ, fit λέκσω. præteritum actiuum λέλεχα. paſſiuum λέλεγμαι, λέλεκσαι. κ, uero &, σ, iterum in, ξ, reſtitutis, λέλεξαι. σαι, uero in, ται, fit λέλεκται.

Secunda cōiugatio.

Præteritum uero paſſiuum aliarum Coniugationum tam Grauitonorum, q Circumflexorum, & uerborum in, μι, ab actiuo fit, κα, in μαι, conuerſa: ſed ante μαι, aut, σ, habet aut quampiam immutabilem, uocalem'ue, aut diphthongum. σ, quidem habet, ſi tertiæ ſit coniugationis, aut quartæ, niſi præteritū actiuum in, χα, deſinat: quia tunc ad ſecundā refertur coniugationē. Etiam ſi ſextæ fuerit coniugationis, σ, plerunq; ſibi aſciſcit. Si uero quintæ, quāpiam ſibi uendicat immutabilem: ut πέπεισμαι, πέφρασμαι, ἔσπαρμαι, ἤκουσμαι, βεβασίλευμαι, πεποίημαι, τέθειμαι. Hoc idem & tertia pſona habet ante ται, ut πέπεισται, πέφρασται, ἔσπαρται, ἤκουσται, βεβασίλευται, πεποίηται, τέθειται. Secunda uero perſona ſemper in σαι, deſinit, in qua nun-

Aliæ coniugationes.

quam σ, geminatur:ut πέπεισαι, ἔσπαρσαι, πεποίησαι. Sed de hoc libro ſexto latius dicetur. Δυϊκῶς. Prima perſona à prima ſingulari, μαι, ſcilicet in, μεθον, conuerſa:ut πεπείσμεθον, πεπείσμεθον. Secunda & tertia à tertia ſingulari, ται, in, θον, mutata: ut πέπεισται, πέπεισθον. ἔσπαρται, ἔσπαρτον. Vbi uero nulla interceſſerit conſonans, addetur σ, ut πεποίηται, πεποίησθον. Πληθ. Prima perſona à prima duali deducitur, extrema in, θα, conuerſa:ut πεπείσμεθα. Secunda à ſecunda duali, ον, in, ε, πέπεισθον, πέπεισθε. Tertia non fit, quandoquidem in tertia ſingulari ante, ται, conſonans exiſtit.

Atten. De penultima. Penultima uero eadem eſt cum præterito actiuo, ſi à uerbo in, ω, deſinente ueniat:ut τέτυφα, τέτυμμαι. Excipiuntur uerba diſſyllaba primæ & ſecundæ Coniugationis, quæ in penultima præſentis ε, habent:quod quidem cum in præterito actiuo in, ο, conuerſum fuerit Atticorum more, in paſſiuo poſtmodum præterito in, ε, priſtinum reuertitur:ut λέγω, λέλοχα, λέλεγμαι. Verba quoque habentia ρ, in præſenti cum aliqua conſonante implicitum, ſi in penultima præſentis ε, habeant, id in, α, uertunt:ut τρέφω, τέτροφα, τέτραμμαι.

παρακ. καὶ ὑπερσυν.

Ἐτετύμμην à præterito paſſiuo fit, μαι, in, μην, conuerſa, ac altero, ε, præpoſito, ſicut in actiuis: ut τέτυμμαι, ἐτετύμμην. Si uero paſſiuum præteritum à uocali incœperit, ab eadem & pluſquamperfectum principium habebit: ut ἤκουσμαι, ἠκούσμην. Secunda perſona à ſecunda præteriti, extrema in, ψο, mutata:ut τέτυψαι, ἐτέτυψο. Tertia uero à tertia, poſtrema in, πτο: ut τέτυπται, ἐτέτυπτο. Δυϊκῶς. à τετύμμεθον fit ἐτετύμμεθον, à ἐτέτυφθον, ἐτέτυφθον. Πληθ. à τετύμμεθα ἐτετύμμεθα fit. à τέτυφθε, ἐτέτυφθε. à τετυμμένοι εἰσιν, ἐτετυμμένοι ἦσαν, καὶ ἰωνικῶς ἐτέτυφατο. Hoc idem in reliquis Coniugationibus ſeruandum eſt.

Ἀόριστος. α.

Ἐτύφθην à tertia perſona præteriti paſſiui, extrema in, θην, mutata, & expuncta prima conſonante, quæ in præterito perfecto geminatur. In quo aduertendum eſt, tertiam perſonam præteriti paſſiui, aut in, ται, puram deſinere, aut cum aliqua præcedente conſonante iungi, quæ aut muta ſit, & ea quidem tenuis, aut σ, aut immutabilis. Si in, ται, puram deſiuerit, ται, in, θην, mutabitur: ut κέκριται, ἐκρίθην. πεποίηται, ἐποιήθην.

Si autem aliqua præceſſerit muta tenuis, ea quoque in propriam uertetur aſpiratam:ut τέτυπται, ἐτύφθην. λέλεκται, ἐλέχθην.

Atten.

Si uero σ, aut immutabilis, eædem ante, θην, permanebunt: ut πέπεισμαι, ἐπείσθην. πέφρασμαι, ἐφράσθην, ἔψαλται, ἐψάλθην. ἔσπαρται, ἐσπάρθην. Excipiuntur ἐσώθην, ἀπὸ τοῦ σέσωσμαι, in quo σ, tollitur: quod quidem ἐῤῥώσθην ſuſcipit, ἀπὸ τοῦ ἔῤῥωται. & ἐμνήσθην, ἀπὸ τοῦ μέμνηται.

De penultima.

Penultimam autem primus Aoriſtus habet eandem cum paſſiuo præterito: ut τέτυμμαι, ἐτύφθην. Excipitur, εὕρημαι, quod εὑρέθην, facit, & ἐπῄνημαι, ἐπῃνέθην. Circumflexa autem compoſita ἀπὸ τοῦ αἱρῶ eandem penultimam non ſeruant: ut καθῄρημαι, ἐκαθηρέθην. Addantur illa etiam, quæ ρ, habent cum aliqua implicitum conſonante, quæ in præterito perfecto paſſiuo ε, in, α, transferunt, & in Aoriſto, α, in, ε, reſtituunt: ut ἔστραμμαι, ἀπὸ τοῦ ἔστρεφα, ἐστρέφθην. Secunda perſona ἐτύφθης, à prima, ν, in, σ, conuerſa. Tertia ἐτύφθη, à ſecunda, expuncto σ, Δυϊκά. ἐτύφθητον, ἐτυφθήτην. Πλη. ἐτύφθημεν, ἐτύφθητε, ἐτύφθησαν, à prima plurali, extrema in, σαν, mutata: uel à tertia ſingulari, adiuncta σαν.

Ἀόριστος. β.

Ἐτύπην, ἐτύπης, ἐτύπη, fit à ſecundo Aoriſto actiuo ἔτυπον, ον, in, ην, conuerſa, & eandem habet cum primo Aoriſto inflexionem.

Μέλλων α.

Futurum primum à ſecunda primi Aoriſti perſona formatur, abiecto augmento, & appoſita, ομαι: ut, ἐτύφθης, τυφθήσομαι, τυφθήσῃ, τυφθήσεται,

Μέλλων. β.

Futurum autem ſecundum τυπήσομαι, τυπήσῃ, τυπήσεται, à ſecunda fit ſecundi Aoriſti, eodem modo, quo primum futurum formari diximus.

Μετ' ὀλίγον μέλλων.

Paulo poſt futurum, quod græce μετ' ὀλίγον μέλλων dicitur, ſcilicet τετύψομαι, τετύψῃ, τετύψεται, à ſecunda perſona paſſiui præteriti uenit, inter ψ, & αι, diphthongũ, ομ, interpoſita: ut τέτυψαι, τετύψομαι. In quo quidẽ Futuro ſciendum eſt, idem ſeruari augmentum, quod in præterito, à quo ducitur inuenies. Quod ideo quidem admonendum putauimus, quia in cæteris Futuris augmentum tollitur eius temporis à quo trahuntur.

Atten.

ΠΡΟΣΤΑΚΤΙΚᾺ ΠΑΘΗΤΙΚᾺ.

Ἐνεστώς.

Τύπτου à ſecunda imperfecti paſſiui ἐτύπτου, abiecto augmento, uenit. Tertia perſona à tertia temporis eiuſdem, extrema in, σθω, conuerſa, & accentu in penultimam tranſlato: ut ἐτύπτετο, τυπτέσθω. Δυϊκά. Secunda perſona τύπτεσθον, à tertia ſingulari, ω, in, ον, con-

uerſa, & accentu in antepenultimam reiecto, quandoquidem ultima iterum breuis facta eſt. Tertia quoque ab eadem fit, adiuncto, ν, ut τυπτέσθων. πλη. Secunda perſona à ſecunda duali, ον, in. ε, conuerſa, τύπτεσθε. Tertia à tertia ſingulari, adiuncta σαν, τυπτέσθωσαν.

Παρακειμ. καὶ ὑπερσυν.

Τέτυψο à ſecunda perſona præteriti pluſquamperfecti, ſimile cum præterito perfecto incrementum habens. Tertia perſona à tertia fit eiuſdem temporis, extrema in, θω, conuerſa, ſeruatis tamen conſonantibus, quæ ante το, forte extiterint. Siqua uero tenuis fuerit, in propriam uertatur aſpiratam. Vbi autem nulla inciderit conſonans, σ, addatur neceſſe eſt: ut ἐτέτυπτο, τετύφθω, ἐπέπεισο, πεπείσθω. ἐσπαρτο, ἐσπάρθω. ἐπεποίητο, πεποιήσθω. Et alia ad præſentis inflexionem.

Ἀόριστος. α.

Τύφθητι à tertia perſona primi Aoriſti, adiuncta, τι, quanquam ratio poſtulabat ut θι, adderetur: quod quidem ob id factum non eſt, quoniam cum præcedens ſyllaba alteram habeat aſpiratam, neceſſe fuit ut pro θ, eius ἀντίστοιχον, hoc eſt, τ, poneretur. Vbi uero ultima nullam habuerit aſpiratam, adiuncta θι, ſecunda fiet perſona. quod autem ad tertiam, & eas quæ ſequuntur attinet, illud θ, in τ, mutabitur. Tertia perſona fit à ſecunda, extrema in τω, mutata. & accentu ad penultimam tranſlato: ut τύφθητι, τυφθήτω. Δυϊκῶς. τύφθητον, τυφθήτων. πλη. τύφθητε, τυφθήτωσαν.

Ἀόριστος. β.

Τύπηθι à tertia ſecundi Aoriſti formatur, abiecto ſcilicet augmento, & appoſita θι: ut ἐτύπη, τύπηθι. Secunda τυπήτω, θι, in τω, conuerſa, διὰ τοῦ τ. Δυϊκῶς. τύπητον, τυπήτων. πλη. τύπητε, τυπήτωσαν.

ΕΥΚΤΙΚΑ ΠΑΘΗΤΙΚΑ.

Optatiui omnes paſſiuæ uocis à proprio indicatiuo paſſiuo fiunt, extrema in μην, conuerſa, & adiuncto, ι, penultimæ uocali, ut in ea ſit omnino diphthongus διὰ τοῦ, ι, ut τύπτομαι, τυπτοίμην. πεποίημαι, πεποιῄμην. Vbi uero ante μαι, fuerit aut conſonans, aut υ, aut diphthongus ex ea conſiſtens, nulla poterit eſſe formatio.

Ἐνεστὼς καὶ παρατ.

Τυπτοίμην deducitur à prima perſona præſentis τύπτομαι, ut ſupra dictum eſt. Secunda perſona à prima formari poteſt, extrema in ο, conuerſa, & accentu in antepenultimam retracto: quandoquidem poſtrema breuis facta eſt: ut τύπτοιο, Tertia à ſecunda, interiecto τ, τύπτοιτο. Δυϊκῶς. τυπτοίμεθον, à prima ſingulari, μην in μεθον conuerſa.

conuerſa. Secunda perſona τύπτοισθον. Tertia τυπτοίσθην. πλη. τυπτοίμεθα, τύπτοισθε, τύπτοιντο.

παρακείμ. καὶ ὑπερσυν.

Præteritum perfectum hoc in loco formari non poteſt, cum ante, μαι, cõſonantem habeat, ut ſupra dictum eſt. Igitur per participium eiuſdem temporis, & ſubſtantiuum uerbum, ſuppletur, ſic uidelicet: τετυμμένος εἴην, εἴης, εἴη.

ἀόριστος, α.

Τυφθείην à genitiuo ſui participii, extrema in, ην, mutata, & addito, ι, penultimæ, actiuoq; more: ut τυφθεὶς, τυφθέντος, τυφθείην. Secunda perſona à prima fit, ν; in, σ, uerſo: τυφθείης. Tertia à ſecunda, expuncto σ: τυφθείη. Δυϊκά. Secunda perſona à ſecunda ſingulari, expuncto σ, & adiuncta τον, τυφθείητον. Tertia à ſecunda duali, extrema in την, uerſa: τυφθειήτην. πλη. Prima perſona à prima ſingulari, interiecta με, inter η, & ν, τυφθείημεν. Secunda à prima plurali, μεν, in, τε, conuerſa, τυφθείητε. Tertia quoq; à prima extrema in, σαν, mutata, τυφθείησαν.

ἀόριστος. β.

Τυπείην, à genitiuo ſui participii, τυπεὶς, τυπέντος, ſicut & primus.

μέλλων. α.

Τυφθησοίμην, τυφθήσοιο, τυφθήσοιτο, à prima perſona primi futuri paſſiui τυφθήσομαι, ſicut & præſens.

μέλλων. β.

Τυπησοίμην, τυπήσοιο, τυπήσοιτο, à prima ſecundi futuri paſſiui τυπήσομαι.

μετ' ὀλίγον μέλλων.

Τετυψοίμην, τετύψοιο, τετύψοιτο, à prima perſona paulo poſt futuri τετύψομαι.

ΥΠΟΤΑΚΤΙΚΑ ΠΑΘΗΤΙΚΑ.

Ἐνεστώς.

Ἐὰν τύπτωμαι, à prima perſona præſentis indicatiui modi paſſiui. Pro quo aduertendum eſt, ο, in, ω, & ε, in, η, ubiq; uertenda eſſe. ut τύπτομαι, ἐὰν τύπτωμαι. τύπτεται, ἐὰν τύπτηται. τύπτεσθον, ἐὰν τύπτησθον, & ſic de aliis. Poteſt etiam & à prima perſona ſubiunctiui actiui deduci adiuncta μαι. Nam regula eſt, ὅτι ὁ ἐνεργητικὸς ἐνεστὼς τῶν ὑποτακτικῶν προσθέσει τῆς μαι, παθητικὸς γίνεται, ἐὰν τύπτω, ἐὰν τύπτωμαι: hoc ẽ. Actiuũ præſens ſubiũctiuoq; appoſitiõe μαι, paſſiuũ fit.

παρακειμ. καὶ ὑπερσυν.

Præteritum perfectum nequaquam formari poteſt, ubi ante, μαι, conſonans forte extiterit, aut υ, aut diphthongus ex eo conſiſtens. oportet igitur aliam eſſe monophthongum, qua in, ῶ, circumflexum mutata apte formari poterit: ut πεποίημαι, ἐὰν πεποιῶμαι.

Iccirco hoc etiam in loco per participium paſſiui præteriti, & ſubſtantiuum uerbum, ut ſupra quoq; dictum eſt, ſupplendum erit, cum ante, μαι, conſonans exiſtat: ut τετυμμένος ἐὰν ὦ, ᾖς, ᾖ.

ἀόριστος. α.

Ἐὰν τυφθῶ, τυφθῇς, τυφθῇ, à tertia perſona primi Aoriſti ἐτύφθη, extrema in, ῶ, circũflexũ mutata, & ε, augmẽto ſyllabico expuncto.

ἀόριστος. β.

Ἐὰν τυπῶ, τυπῇς, τυπῇ, à tertia ſecundi Aoriſti, ἐτύπη, ſicut & primus.

ΑΠΑΡΕΜΦΑΤΑ ΠΑΘΗΤΙΚΑ.

Ἐνεστῶς, καὶ παρατ.

Τύπτεσθαι, à ſecunda perſona pluralis numeri τύπτεσθε, ε, tenui in, αι, diphthongum uerſo.

παρακείμ. καὶ ὑπερσυν.

τετύφθαι, à ſecunda pluralis præteriti paſſiui τέτυφθε, ε, in, αι, diphth. conuerſo, & accentu in penultimam tranſlato.

ἀόριστος. α.

Τυφθῆναι, à tertia pſona ſingularis numeri primi Aoriſti ἐτύφθη, adiuncta, ναι, expuncto tamen prius augmento.

ἀόριστος. β.

Τυπῆναι, à tertia ſingulari ſecundi Aoriſti ἐτύπη, eodem modo.

μέλλων. α.

Τυφθήσεσθαι, à ſecunda pluralis numeri tẽporis eiuſdem τυφθήσεσθε, ſicut & præſens.

μέλλων. β.

Τυπήσεσθαι, à ſecunda pluralis numeri eiuſdẽ tẽporis τυπήσεσθε.

μετ ὀλίγον μέλλων.

Τετύψεσθαι, à ſecunda pluralis eiuſdem temporis τετύψεσθε. Poſſumus etiam huiuſmodi infinitiua, quæ in, σθαι, deſinunt, à tertia ſingulari ſuorum temporum formare, extrema ſcilicet in, σθαι, conuerſa: τύπτεται, τύπτεσθαι. τυφθήσεται, τυφθήσεσθαι.

ΜΕΤΟΧΑΙ ΠΑΘΗΤΙΚΑΙ.

Ἐνεστώς.

Ὁ τυπτόμενος, τοῦ τυπτομένου, à pria indicatiui, μαι, in, μενος uerſa.

παρακείμ. καὶ ὑπερσυν.

Ὁ τετυμμένος, τοῦ τετυμμένου, à prima præteriti paſſiui, eodẽ mõ.

ἀόριστος. α.

Ὁ τυφθείς, τοῦ τυφθέντος, à ſecunda primi Aoriſti ἐτύφθης, extrema in, εις, uerſa.

ἀόριστος. β.

ὁ τυπεὶς, τοῦ τυπέντος, ἀ ſecunda ſecũdi Aoriſti, eodem modo.

μέλλων. α. ὁ τυφθησόμενος
μέλλων. β. ὁ τυπησόμενος } ἀ prima ſuorum temporum, μαι,
μετ᾽ ὀλίγον. ὁ τετυψόμενος in μενος, uerſa.

ῬΗΜΑΤΑ ΜΕΣΑ.

VErborum mediorum præſens & præteritum imperfectum cum paſſiuis prorſus conueniunt præteritum perfectum & pluſquamperfectum, actiuam ſequuntur terminationem. Reliqua uero tempora paſſiuam.

ὉΡΙΣΤΙΚᾺ ΜΈΣΑ.

ἐνεστῶς.

τύπτομαι, τύπτῃ, τύπτεται. ab actiuo ſicut & paſſiuum.

παρατατ.

ἐτυπτόμην, ἐτύπτου, ἐτύπτετο. &c.

παρακείμ.

τέτυπα, ἀ præterito actiuo fit, idem habens participium, & in, α, deſinens cum præſentis conſonante, quæ quidem χαρακτηριστικὸν τῆς συζυγίας, hoc eſt, figuratiua Coniugationis appellatur: ut λείβω, παρακ. λέλειφα. μέσος παρακ. λέλοιβα. λέγω, παρακ. λέλεχα. μέσος, λέλογα. Excipiuntur uerba quartæ coniugationis, quoniam cum, ζ, & geminatum σσ, earum ſint figuratiuæ litteræ, neutram tamen illarum aſſumit medium præteritum: ſed nunc, γ, nunc uero, δ, γ, quidem ſibi aſciſcit, cum Futurum, ξ, habeat ante, ω, finalẽ: ut κράζω, κράξω, μέσος παρακ. κέκραγα. πλήσσω, πλήξω, πέπληγα. Si uero futurum, σ, habuerit, medium præteritum δ, ſibi uendicabit: ut φράζω, φράσω, πέφραδα. ἐρέσσω, ἐρέσω, ἤρεδα: ſi in uſu habeatur. At ſi præſens duas diuerſas habuerit conſonantes, uidelicet πτ, κτ, μν, medium præteritum priorem aſſumit, cum ſit proprium coniugationis χαρακτηριστικόν. τύπτω, μέσος. παρακ. τέτυπα. τίκτω, τέτοκα. τέμνω, τέτομα. nam τ, &, ν, cum p παρέμπτωσιν extrinſecus accerſita ſint, χαρακτηριστικὰ coniugationis eſſe non poſſunt. Quatuor tamen inueniuntur uerba, quæ & ſi per πτ, enuntiantur, eorum tamen præteritum medium non π, ſed partim, β, partim uero, φ, ſibi uendicat: ut βλάπτω, βέβλαβα, καλύπτω, κεκάλυφα. κρύπτω, κέκρυβα. σκάπτω, ἔσκαφα. quæ conſonantes propriæ ſunt ſuorũ perfectorum figuratiuæ: ut βλάβω, Atten. Excepta.

καλύβω, κρύβω, & σκάφω, & ſi omnia in uſu non ſint. At ἔῤῥογκα
ἔῤῥογκα. medium præteritum ἀπὸ τοῦ ῥέγκω, unde ῥόγκος, uerbale nomen,
licet ambas ſeruauerit conſonantes, ſcito tamen κ, ſolū eſſe χαρακτηριστικόν. Nam γκ, in eadem ſyllaba minime comprehendi poſſunt,
ſed per διάστασιν in diuerſis locari ſyllabis, &c. Si uero in, ω, purum
deſinat uerbum, ſiue monophthongus præcedat, ſiue diphthongus,
eandem & medium præteritum ſeruat: ut λύω, παρακ. λέλυκα. μέσος, λέλυα. ἀκούω. παρακ. ἤκουκα. μέσος, ἤκουα. Pauca tamen inueniuntur huiuſmodi uerba, quæ medium habeant præteritum: ſed
quæ aut δ, aut ου, habent, omnino carent, præter ἀκούω, ut dictum
Atten. eſt. Eſt autem præteritum medium par ſyllabis actiuo, quando a'
themate Grauitono deducitur: ut τύπτω, τέτυφα. μέσος, τέτυπα.
Præceptio. Si autem a' circumflexo, una minuitur ſyllaba. Nam quandocunq;
futurum primum ſuperat præſens circumflexum, tunc medium
præteritum minuitur una ſyllaba ab actiuo. Secundus Aoriſtus a'
primo: ut δουπῶ. μέλλων, δουπήσω. παρακ. δεδούπηκα. μέσος, δέδουπα.
tiuus etiam non ſolum in, οι, deſinere inuenitur apud poetas, ſed etiam in, ω, Atticorum more. Apollonius in principio tertii Argonauticῶn. Εἰ δ' ἄγε νῦν ἐρατὼ, παρ' ἔμ' ἵστασο, καί μοι ἔνισπε. ἐρατὼ dixit, ἀντὶ τοῦ ἐρατοῖ. Fit autem uocatiuus in, οι, à nominatiuo ſingulari, τροπῇ τοῦ ω, μεγάλου εἰς ο, μικρὸν, καὶ προσθέσει τοῦ, ι, λητοῖ. Quo in loco quæri poteſt, cur uocatiuus fœmininorum nominum in, ω, deſinentium, plures habeat uocales proprio nominatiuo: ut ἡ σαπφὼ, ὦ σαπφοῖ, cum regula dicat, ὅτι οὐδέποτε θέλει ἔχειν πλείονα φωνήεντα *Regula.*
τῆς ἰδίας εὐθείας ἡ κλητική. Reſpondetur, quod genitiuus in, ους, deſinens, maius tempus uult habere, q̃ uocatiuus: ut τοῦ δημοσθένους, ὦ δημόσθενες. τοῦ εὐσεβοῦς, ὦ εὐσεβές. Huius gratia correptum eſt, ω, magnum in, ο, paruum. Sed quoniam uocatiuus ultimam erat habiturus breuem, & accentum in fine acutum, ac ob id regulæ aduerſaturus, quæ præcipit ne ulla dictio in, ο, breuem deſinens, quæ ſuper unam ſyllabam ſit, acuatur: ut ἐκεῖνο, ἄλλο, exceptis αὐτὸ, τοῦτο. ἀπό.

aſſumpſit, ι, & ita uocatiuus λητοῖ cum accentu circumflexo factus eſt, quoniam datiuo ſingulari coincidit, hoc eſt τῇ λητοῖ.

Παράδειγμα.

Ἡ λητώ. τῆς λητόος ἰωνικῶς καὶ δωρικῶς, καὶ λητοῦς κοινῶς καὶ ἀττικῶς, καὶ λητῶς λακωνικῶς. τῇ λητόϊ καὶ λητοῖ αἰολικῶς. τὴν λητόα, καὶ λητὸ κοινῶς καὶ ἀττικῶς, καὶ λητὼν αἰολικῶς, καὶ λητοῦν ἰωνικῶς. ὦ λητοῖ, καὶ ὦ λητὼ ἀττικῶς. Δυϊκά. τὼ λητώ. τοῖν λητοῖν. ὦ λητώ. Πληθ. αἱ λητοί. τῶν λητῶν. ταῖς λητοῖς. τὰς λητούς. ὦ λητοί.

DE QVINTA DECLINATIONE CONTRACTORVM.

QVinta declinatio contractorum nominum τῶν πολυπτώτων, duas habet terminationes, ας, purum, & ρας, neutrorum nominum. Quorum genitiuus in, ατος, deſinit κοινῶς, & in, αος, ἰωνικῶς ſubtracto τ, & in, ως, κατὰ κρᾶσιν ἀττικῶς. Synæreſes autẽ huius declinationis duæ ſunt, α, productum & ω, μέγα. præcedẽte enim α, &, ο, utcunque ſequente, ſemper fit ſynæreſis in, ω, quod quidem ſolis genitiuis euenit. Sequente uero quauis alia uocali, in, α, productum fit craſis. At ſynæreſis in datiuo ſingulari tantum, κρέαϊ, κρέᾳ. Nonnunquam apud Poetas ipſum, α, non per craſim, ſed per apocopen correptum inuenitur, Ὀδυσσ. μ. σῖτον, καὶ κρέα πολλά.

Παράδειγμα.

Τὸ κρέας. τοῦ κρέατος κοινῶς, καὶ κρέαος ἰωνικῶς, καὶ κρέως ἀττικῶς. τῷ κρέατι κοινῶς, καὶ κρέαϊ ἰωνικῶς, καὶ κρέᾳ ἀττικῶς. τὸ κρέας. ὦ κρέας. Δυϊκά. τὼ κρέατε, καὶ κρέαε, καὶ κρέα, καὶ τὰ λοιπά, ſicut in tractatu ſimplicium. Libro primo.

DE QVIBVSDAM EXTRA ORDINEM SYNAERESIATIS.

QVædam præterea inueniuntur nomina, quæ & ipſa ſynæreſim patiuntur; differentia tamen ab iis quæ ſupra commemorata ſunt: quæ quidem iccirco ſeparatim locanda cenſuimus, quia nullam ſupradictarum declinationum ſequuntur.

Ἡ ὄϊς, οἶς. τῆς ὄϊος, οἰός. τῇ ὀΐϊ. ὄϊι. τὴν ὄϊδα, ὄϊν. Πληθ. αἱ ὄϊδες, καὶ ὄϊες, καὶ οἶς. τῶν ὀΐων, καὶ οἰῶν. τοῖς ὄεσι καὶ ὀΐεσι. τὰς ὄϊδας, καὶ ὄϊας, καὶ οἶς. Vbi aduertendum eſt genitiuum ſingularem οἰός, & datiuum οἰΐ extremam acuere, tanquam à nominatiuo monoſyllabo οἶς, non autem à genitiuo perfecto ὄϊος, & datiuo ὄϊι: quoniam

Atten.

eorum penultima circumflectenda fuiſſet ex ſynæreſi, quam ſolus nominatiuus admittit, ſicut φῶς, φωτός. & ὦς, ὠτός. Inuenitur etiam ὄϊς in genere maſculino apud Homerum, Ἰλιάδος. ω. τοῖς δὲ ὄϊς λάσιος μέγας ἐν κλισίῃ ἱέρευτο. & in eodem, ἢ καὶ ἀναΐξας ὄϊν ἄργυφον ὠκὺς Ἀχιλλεὺς σφάξε. & in plurali, Ἰλιάδος ψ. πολλοὶ δ' ὄϊες, καὶ μηκάδες αἶγες. quod & Latini ueteres uſurparunt unum ouē dicētes. Sic φθόϊς, φθοῖς. & φθόϊδες, φθοῖς. & φθόϊδας, φθοῖς.

ὁ πλακόεις, πλακοῦς. τοῦ πλακόεντος, πλακοῦντος. τῷ πλακόεντι, πλακοῦντι. τὸν πλακόεντα, πλακοῦντα. ὦ πλακόεν, πλακοῦν. καὶ πλακοῦ ποιητικῶς.

πλακόεις

ὁ σιμόεις, σιμοῦς. τοῦ σιμόεντος, σιμοῦντος. τῷ σιμόεντι, σιμοῦντι. τὸν σιμόεντα, σιμοῦντα. ὦ σιμόεν, σιμοῦν. καὶ σιμοῦ ποιητικῶς.

σιμόεις

υἱῒς quod filium ſignificat, in omni numero & caſu patitur ſynæreſim, præterquam in nominatiuo ſingulari, & uocatiuo. Quoniam ſi in his fieret ſynæreſis, inueniretur conſonans poſt, υ, diphthongū: ut υἱῒς, υἱς, quod cōmuni regulæ aduerſatur. nam poſt, υ, diphthongum nunquam ſequitur conſonans, ſed uocalis tantum: ut μυῖα, ἅρπυια. fit tamen in datiuo plurali ſequente conſonante, ſed interponitur, α, ut υἱσι υἱάσι.

υἱῒς

ὁ υἱῒς. τοῦ υἱῒος, υἱος. τῷ υἱῒ, υἱῖ. τὸν υἱῒα, υἱα. ὦ υἱῒς. Δυϊκά. τὼ υἱῒε, υἱε. τοῖν υἱΐοιν, υἱοιν. ὦ υἱῒε, υἱε. Πληθυντικά. οἱ υἱῒες, υἱες. τῶν υἱῒων, υἱων. τοῖς υἱσι, καὶ υἱάσι. τοὺς υἱῒας, υἱας. ὦ υἱῒες, υἱες, καὶ ἄλλως.

ὁ υἱεύς. τοῦ υἱέως. τῷ υἱέϊ, υἱεῖ. τὸν υἱέα. ὦ υἱεῦ, &c. ut βασιλεύς. καὶ ἄλλως. ὁ υἱός. τοῦ υἱοῦ, ſicut ὁ λόγος. τοῦ λόγου.

ὁ ζεύς. τοῦ διός. τῷ διΐ. τὸν δία. ὦ ζεῦ. καὶ ὁ ζὴν. τοῦ ζηνός. τῷ ζηνί. τὸν ζῆνα. Quo in loco ſciendum eſt, deum ſiue Iouem ab antiquis Græcis uariis ac diuerſis modis appellatū fuiſſe: ut ex antiquorum fragmentis colligere potui. Dictum eſt ζεὺς, καὶ ζὴν, quibus cōmuniter utimur. δεὺς uero βοιωτικῶς, ἐκ τοῦ ζεὺς, διαλύσει τοῦ, ζ, εἰς σ, δ, καὶ ἀφαιρέσει τοῦ, σ, & βδεὺς κατὰ ἐναλλαγὴν, apud ueteres Comicos, τροπῇ τοῦ, σ, εἰς, β, unde illud. ὦ βδεῦ δέσποτα. Dictus eſt autem ζὰν, ζανός, ἀπὸ τοῦ ζήν. παρὰ τοῖς μεταγενεστέροις ἴωσι, καὶ αἰολεῦσι: ut κλῦθί μοι ζανός τε κούρη. ζὴς quoq; inuenitur, unde accuſatiuus ζῆν, παρ' Ἐπιχάρμῳ. ζῆν τε, &c. τροπῇ τοῦ, σ, εἰς ν, ſicut ποδῆς, ποδῆν. & ἑρμῆς, ἑρμῆν, καὶ παρὰ τῷ τῆς εὐρωπίας ποιητῇ. οὐ γὰρ δὴ βασιλεῖ ἀγαίομαι εὐρύοπα ζῆν γαῦσαι ἀπ' οὐρανόθεν. Vnde ζὰς παρὰ φερεκύδῃ, ἀπὸ τοῦ ζὴς, ὡς ζὴν ζάν. Dictus eſt etiam δὶς, διὰ τοῦ, ι, παρὰ ῥίνθωνι. δὴν quoq; ἀπὸ τοῦ ζὴν, καὶ δὰν δανὸς βοιωτικῶς. ὡς παρὰ κορίν-

Iouis nomē multipliciter uariatū
ζεὺς
ζὴν
δεύς
βδεύς
ζὰν
ζὴν
ζὰς
δὶς
δὴν

νη, δῖος ὑψίστῳ θρόνῳ. Et ſic decem inueniuntur nominatiui, uidelicet ζεὺς. δεὺς. βδεὺς. ζῶ. ζάν. ζὴς ζάς. δὶς. δῶ. δάν. quod Herodianus in tractatu περὶ μονήρους λέξεως aſſerit. Sed de genitiuo huius nominatiui ζεὺς, hoc eſt διὸς, dubitari ſolet, an ἀπὸ τοῦ δὶς ueniat, an ab aliquo quopiam dictorum nominum deducatur: nõ enim

διὸς

ἀπὸ τοῦ ζεὺς per analogiam deduci poſſe uidetur. Quidam uolunt à nominatiuo δὶς διὸς per analogiam deriuari, ſed his aduerſatur Herodianus, inquiens, Nomina in, ις, monoſyllaba, ι, uolunt habere productum, & id quoq; in genitiuo ſeruare, excepto τὶς, τινὸς διὸς uero, ι, habet correptum. non igitur ἀπὸ τοῦ δὶς uidetur eſſe deductũ. Sunt qui ἀπὸ τοῦ δεὺς deriuari putent. quod Bœotorũ eſt proprium, cuius Genitiuus κατὰ analogiã eſt δέος; ubi mutato, ε, in, ι; fit διὸς, κατὰ βοιωτοὺς καὶ νέους ἴωνας: ſicut ἀχιλλέος, ἀχιλλίος, hoc magis quidem conſentaneum eſt. Quid uero de accuſatiuo ζῶ dicendũ eſt?

ζῶ

quo caſu Homerus ter in Iliade uſus eſt: loci quidẽ hi ſunt, Ἰλιάδ. δ. Τρώεσσ' ἀσπάσασθαι καὶ ἐρυκέμεν εὐρύοπα ζῶ, αὐτοῦ κ' ἐνὶ ἀμφέχοιτο. Et Ἰλιάδος ξ. Ἥφαιστος ἀρηγέμεν εὐρύοπα ζῶ, ὥς γ' ἥρα κλῆος πέρι. Et Ἰλιάδος ω. παῖδες, καὶ γαμβροὶ τῶδ' οὐλάδην εὐρύοπα ζῶ, ἐς πεδίον προφανέντε. Quo in loco dicendum'ne ζῶ accuſatiuum imperfectum eſſe ἀπὸ τοῦ ζῆνα. an pfectum ἀπὸ τοῦ ζὴς? Si imperfectum eſſe dixerimus, aut per apocopen fieri neceſſe eſt, aut per apoſtrophum. Si per apocopen, ſciendum eſt extremam ſyllabam integram omnino abiiciendam fuiſſe, hoc eſt να, ἀπὸ τοῦ ζῆνα. ſicut δῶ, ἀπὸ τοῦ δῶμα. & ἀπὸ λω, ἀπὸ τοῦ ἀπὸ λωνα. ζῆ uero penultimam ſyllabã abſq;, ν, relinquendam fuiſſe: Si uero apoſtrophum eſſe uoluerimus, ut meminit Euſtathius, aduertendum eſt, ſolam uocalem quæ eſt extrema præcedentis dictionis, abiiciendam eſſe: cui ſi in eadem ſyllaba aliqua adiuncta fuerit conſonans, illam eandem iungendam eſſe uocali, ſiue diphthongo dictionis ſequentis: ut κατ' ἐμόν, ζῦτ' ἐμόν. κατὰ ἡμᾶς κα' θ' ἡμᾶς. Sic igitur in dictis Homeri uerſibus, ν, quæ eſt extrema conſonans τοῦ ζῶ, in quam prior uerſus deſinit, iungenda eſt primæ uocali dictionis ſequentis: quæ quidem eſt ſecundi uerſus principium, ut liquido patet. Et ſic ſcribẽdũ eſt, εὐρύοπα ζῆν ν' αὐτοῦ. Et in ſecundo, εὐρύοπα ζῆ ν' ὡς ἡρακλῆος. Item in tertio, εὐρύοπα ζῆ ν' ἐς πεδίον. Quod ſi nempe hoc cuipiam nouum uidebitur, eorum ſententiam ſequi poterit, qui aſſerunt ζῶ, integrum ac perfectum eſſe accuſatiuum à nominatiuo ζὴς, ut ſupra dictum eſt. Quandoquidem antiquorũ extant exẽpla: ut ζῶ τε. & ζῶ πανῦσαι,

in quibus nemo dicet apoſtrophum eſſe, cum poſt, ν, nulla ſequatur uocalis, ſed conſonans: neq; apocopen, cum extrema ſyllaba integre non ſit expuncta. Sed ſuper hoc ſatis.

Duo nomina fœminina ſolũ inueniuntur in αυς, exeuntia circũfle- αυς
xa, & per ος, purum declinata: quorũ quidem uaria inflexio talis eſt.

Ἡ ναῦς καὶ νηῦς. τῆς ναός, καὶ νηός, καὶ νεώς. τῇ ναΐ, καὶ νηΐ. τὴν ναῦν, ναῦς
καὶ νηῦν, καὶ νῆα. ὦ ναῦς, καὶ ναῦ, νηῦς. Δυϊκῶς. τὼ νᾶε, καὶ νῆε, τοῖν ναοῖν, καὶ νηοῖν. ὦ νᾶε, καὶ νῆες, καὶ νῆε. Πληθυν. αἱ νᾶες, καὶ νῆες, καὶ νέες. τῶν ναῶν, καὶ νηῶν. καὶ νεῶν. ταῖς ναυσί, καὶ νηυσί, καὶ νήεσι. τὰς ναῦς, καὶ νηῦς, καὶ νῆας, καὶ νέας. ὦ νᾶες, καὶ νῆες, καὶ νέες.

Ἡ γραῦς, καὶ γρηῦς, καὶ γρήυς. τῆς γραός, καὶ γρηός. τῇ γραΐ, καὶ γρηΐ. γραῦς
τὴν γραῦν, καὶ γρηῦν. ὦ γραῦς. καὶ γραῦ, καὶ γρηῦς, καὶ γρηῦ, καὶ γρήϋ. Δυϊκῶς. τὼ γρᾶε, καὶ γρῆε. τοῖν γραοῖν, καὶ γρηοῖν, ὦ γρᾶε, καὶ γρῆε. Πληθυν. αἱ γρᾶες, καὶ γρῆες. τῶν γραῶν, καὶ γρηῶν, καὶ γρεῶν. ταῖς γραυσί, καὶ γρηυσί, καὶ γρήεσι. τὰς γραῦς, καὶ γρηῦς. ὦ γρᾶες, καὶ γρῆες.

DE ACCIDENTIBVS NOMINI.

NOmini accidunt quinq; prius dicta: γένος, εἶδος, σχῆμα,
ἀριθμός, πτῶσις. Quorum & genus abuſiue aliquod Genus.
commune, & aliquod promiſcuum erit. Maſculino enim ſoli articulo ſubiunctum maſculinum erit. Fœminino autem ſolum fœmininum. Neutro neutrum. Ambobus, & maſculino & fœminino cõmune erit. Alterutro autem ambo genera ſignificans, promiſcuum: ut ὁ ἀετός. ἡ χελιδών. Species autem alia primitiua: ut λόγος. alia deriuatiua: ut λόγιος.

Deriuatiuorum auté ſeptem maxime ſunt ſpecies: συγκριτικὸν, ὑπερ- Deriuatiuo
θετικὸν, πατρωνυμικὸν, ὑποκοριστικὸν, κτητικὸν, παρώνυμον, καὶ ῥηματικὸν. rũ ſpẽs. 7.
hoc eſt, cõparatiuum, ſuperlatiuum, patronymicum, diminutiuum, poſſeſſiuum, denominatiuum; & uerbale.

DE COMPARATIVIS ET SVPERLATIVIS.

COmparatiui & ſuperlatiui formationes ita ſe habent. Nomina adiectiua trium generum in, ος, deſinentia, mutatione, ς, in τ; & adiectione ερος; cõparatiua fiunt: ut ἔνδοξος, ἐνδοξότερος. aſſumptione autem ατος, ſuperlatiua: ut ἐνδοξότατος. excipitur καλὸς, & κακὸς; & alia quædam. καλλίων enim κάλλιστος, & κακίων κάκιστος. βελτίων βέλτιστος. ἀμείνων, κρείττων. ἄριστος. χείρων, ἐλάττων, ἥσσων. μείων,

ἐλάχιστος, μείζων, μέγιστος. ῥάων, ῥᾷστος. & hæc Anomala ſunt.

In, ης, Si autem in, ης, poſitiuum deſinens per εος declinetur, à neutro in, ες, aſſumptione τερος, fiunt comparatiua: ὁ καὶ ἡ ἀληθής, τὸ ἀληθές, ἀληθέστερος. ὁ καὶ ἡ δυσσεβής, τὸ δυσσεβές, δυσσεβέστερος. aſſumptione autem τατος, ſuperlatiua, ἀληθέστατος, δυσσεβέστατος.

Si autem in, υς, deſinat poſitiuum, commune trium generum, à neutro ſimiliter fiunt. βραχὺς, βραχὺ, βραχύτερος, βραχύτατος, præter ἡδὺς, πολὺς, ταχὺς, ἡδίων, ἥδιστος, & πλείων, πλεῖστος. & ταχίων, τάχιστος. Quamuis & hæc formari poſſunt adiectione τερος, & τατος. excepto πολὺς, ἡδύτερος, ἡδύτατος. ταχύτερος, ταχύτατος. Ex his igitur quæ deſinunt in, υς, aliqua faciunt ſimplex comparatiuum & ſuperlatiuum, aliqua autem duplex. Simplex, ut εὐρύς. εὐρύτερος enim & εὐρύτατος ſolum. Duplex autē, ut ἡδὺς, & γλυκὺς, & ὠκύς. Hæc enim non ſolum in τερος, & in τατος, ſed in, ων, & in, ιστος, ut ἡδίων, ἥδιστος. γλυκίων, γλύκιστος. ὠκίων, ὤκιστος. His autem ſimilia ſunt αἰσχρὸς & ἐχθρός. αἰσχίων enim αἴσχιστος, & ἐχθίων, ἔχθιστος. Si autem βράσσων, καὶ θάσσων, καὶ πάσσων prætermittere non oporteret, quædam poſſent triplicem ſic formam præbere. Nam ab iis quæ ſunt βραχὺς, & βραδὺς, fit comparatiuum βραχύτερος, βραχίων, & βράσσων, βραδύτερος, βραδίων, & βράσσων. Nam utrunque poſitiuum idem habet comparatiuum in, σων, quo Homerus in ſecunda ſignificatione manifeſte uſus eſt, Ἰλιάδος κ.

ἀλλά τε οἱ βράσσων τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις.

ὅ ἐστι βραδύτερος νόος. Et à ταχὺς, ταχύτερος, ταχίων, τάσσων, καὶ θάσσων, ἀπὸ τοῦ, τ, εἰς, θ, Ἰλιάδος ψ.

θάσσονας ἱρήκων ἔμεναι καλλίτριχας ἵππους. ἀντὶ τοῦ ταχυτέρους.

Et à παχὺς, παχύτερος, παχίων, πάσσων. Ὀδυσ. ζ.

τὸν μὲν Ἀθηναίη θῆκε διὸς ἐκγεγαυῖα.

Μείζονά τ' εἰσιδέειν, καὶ πάσσονα. ἀντὶ τοῦ παχύτερον. γλύσσων quoque ab eo quod eſt γλυκὺς Ariſtopha. uſus eſt: ut γλύσσονα σῦκα. ἀντὶ τοῦ γλυκύτερα. Et ab eo quod eſt ἐλαχὺς fit ἐλαχύτερος. & ἐλαχύων, & ἐλάσσων, ὁ βραχύτερος unde ſuperlatiuū ἐλάχιστος. Vbi attendendū eſt, comparatiua in, ων, deſinentia diſſyllaba, diphthongum habere in penultima: ut μείων, πλείων, χείρων. polyſyllaba uero ἰῶτα monophthongum: ut βελτίων, καλλίων, ταχίων. Excipiuntur ἀμείνων, ἀρείων, χερείων. quæ in penultima, ει, diphthongum habet.

Quæ autem in aliquam aliam deſinunt terminationē, in έστερος, & έστατος formant comparatiua & ſuperlatiua: ut σώφρων, σώφρονος,

σωφρονέστερος σωφρονέστατος. χαρίεις, χαρίεντος, χαριέστερος, χαριέστατος. εὔνους uero εὐνούστερος & εὐνούστατος facit abſq; ε,

Non ſolum autem à nominibus comparatiua fiunt, ſed à uerbis quoq;: ut βάλλω, βέλτερος. φέρω, φέρτερος. A participiis: ut ἐῤῥωμένος, ἐῤῥωμενέστερος. A præpoſitionibus autem: ut πρότερος, ὑπέρτερος. Et ab aduerbiis: ut ἐγγύτερος, ποῤῥώτερος. Præterea quæ in οτερος, & οτατος deſinunt ſi ante, ο, ſyllabam breuem habeant, per ω, μέγα ſcribuntur: ut φρόνιμος, φρονιμώτερος, φρονιμώτατος. Excipitur στενότερος, & κενότερος. Si uero longam, uel natura, uel poſitione, per, ο, μικρὸν: ut πρᾷος, πρᾳότερος, πρᾳότατος. Atten.

CONSTRVCTIO EORVM.

Comparatiuus quidem gradus genitiuo ſingulari adiungitur, necnon & plurali, ſi res comparata, & cui comparatur, diuerſi fuerint generis: ut ἀχιλλεὺς ἀνδρειότερος ἦν ἕκτορος, καὶ τῶν ζώων. Quod ſi eiuſdem fuerint generis, genitiuo tãtum ſingulari iungitur. οἷον, ἀχιλλεὺς, ἀνδρειότερος ἦν αἴαντος τοῦ τελαμωνίου. Nam ſi eiuſdem generis ſint, & plurali genitiuo iungatur, apparebit eum qui comparatur, ſe quoq; ipſum in ea re quæ uenit in comparationem ſuperare. Iungitur etiã datiuo ſignificanti exceſſum. οἷον, αἴας ὁ τελαμώνιος μείζων ἦν τοῦ ὀϊλέως τέσσαρσι δακτύλοις.

Superlatiuus autem genitiuum tantummodo pluralem poſtulat. οἷον, ὅμηρος ἐγένετο σοφώτατος πάντων τῶν ποιητῶν nisi nomen ipſum ſingulare multitudinem ſignificet.

DE PATRONYMICIS.

PAtronymicum nomen eſt, quod à propriis tantummodo patrum nominibus deriuatur, & filium ſignificat: ut πριαμίδης, ὁ τοῦ πριάμου υἱός, πηλείδης, ὁ τοῦ πηλέως υἱὸς, hoc eſt Achilles, icirco ſuperfluum eſt patronymico addere τὸ υἱὸς, quandoquidem per id utrunq; intelligitur. Quod autem Homerus dixit Ἰλιάδος λ.

Ἄσω δὲ ζώεσαν ἐπάλμενος εἷλε δόρυκλον. Πριαμίδην νόθον υἱόν.

ſcire debemus, Poetam non ad patronymicum πριαμίδην, ſed ad νόθον retuliſſe, ut à legitimis diſcerneret. Abuſiue quoq; fit ab auis patronymicum, non tamen, ſecundum Homerum, ſimpliciter, ſed ab his ſolum qui ab Ioue originem traxerunt: ut αἰακίδης, ἀπὸ τοῦ αἰακοῦ, hoc eſt Achilles Aeaci nepos. δαρδανίδης, ἀπὸ τοῦ δαρδάνου, hoc eſt Priamus Dardani nepos, uterq; enim, & Aeacus & Dardanus, Abiis, qui a Ioue.

ex Ioue nati ſunt. Sunt & alia nomina propria, quæ patronymicorum formam ſecuta ſunt: ſed cum illa neq; à patribus, neq; ab auis deriuentur, nequaquam patronymica ſunt appellanda, ſed magis denominatiua: ut φωκυλίδης. θουκυδίδης. φιλομηλείδης, ὁ τῆς λέσβου βασιλεὺς, ἀριστείδης. & ſimilia.

Patronymicorum aliud maſculinum, aliud fœmininum. Maſculini quidẽ tres ſunt formæ, εἰς δης κοινῶς: ut κρονίδης. εἰς ων ἰωνικῶς, ut κρονίων. εἰς αδιος αἰολικῶς: ut ὑῤῥάδιος, ὁ πιττακὸς τοῦ ὑῤῥα υἱός.
δης ὑῤῥας enim rex Mitylenæorum fuit. Pittacus uero eius filius, ex ſe-
ων ptem ſapientibus unus. Penultimæ autem terminationes patrony-
αδιος micorum quattuor ſunt, uocales duæ α, ſcilicet & ι, ut ἰφιτίδης. πελοπίδης. diphthongi uero totidẽ ει, & οι, κατὰ συναίρεσιν: ut πηλείδης, ἀπὸ τοῦ πηληΐδης. βοηθοίδης, ἀπὸ τοῦ βοηθοΐδης. Fit autem pa-
Formatio. tronymicum maſculinum à genitiuo ſingulari in, ος, deſinente; ſiue in, ως, διὰ τοῦ ω, μεγάλου, ſiue in, ους, κατὰ κρᾶσιν extrema in ιδης, conuerſa: ut μέμνων, μέμνονος, μεμνονίδης. πηλεὺς, πηλέως, πηλείδης. δημοσθένης, δημοσθένους, δημοσθενίδης. Etiam ſi in, ου, deſinat genitiuus, à nominibus tertiæ declinationis non habentibus, ι, in penultima: ut πρίαμος, πριάμου, πριαμίδης. ὅμηρος, ὁμήρου, ὁμηρίδης. Quod ſi, ι, habuerint in penultima; in αδης, fit patronymicum: λαέρτιος, λαερτίου, λαερτιάδης. ἥλιος, ἡλίου, ἡλιάδης. Præterea ſi primæ fue-
In αδης rint declinationis, omnino in αδης, exit patronymicum: ut βορέας,
Atten. βορέου, βορεάδης. ἱππότης, ἱππότου ἱπποτάδης. Vbi ſciendum eſt patronymica, ſi perfecta ſint, una ſyllaba primitiuum ſuperare, Si uero ſynæreſim patiantur, ex totidem ſyllabis conſtare, & in penultima habere aut, ει, diphthongum: ut πηλείδης, ἀπὸ τοῦ πηληΐδης. aut, οι: ut πανθοίδης ἀπὸ τοῦ πανθοΐδης, ὁ τοῦ πανθόου υἱός. Ἰλιάδος ρ.

οἱ δ᾽ ἐς πανθοίδην ἀγαπήνορα πουλυδάμαντα. & βοηθοίδης, ἀπὸ τοῦ βοηθοΐδης. ὁ τοῦ βοηθόου παῖς. Ὀδυσ. δ. οὐ μὲν νήπιος ἦσθα βοηθοίδη ἐτεωνεῦ. Sunt quæ duarum ſyllabarum ſyncopam patiuntur: ut δευκαλίδης, ἀπὸ τοῦ δευκαλιωνίδης. ἰδομενεὺς, ὁ τοῦ δευκαλίωνος υἱός. Ἰλιάδος ν. Δευκαλίδη πῇ τ᾽ ἄρ μέμονας καταδῦναι ὅμιλον. ὑπερίδης ἀπὸ τοῦ ὑπεριονίδης, id eſt, Sol Hyperionis filius, Ὀδυσ. μ. Ἠελίου τ᾽ αὐγὴ ὑπεριονίδαο ἄνακτος. καὶ Ἡσίοδος ἐν θεογονίᾳ, Κίρκη δ᾽ ἠελίου, θυγάτηρ ὑπεριονίδαο. καὶ λοιπὴ τῆς δης εἰς ων ἰωνικῶς fit ὑπεριονίων: ſicut ἀτρείδης, ἀτρείων. & πηλείδης, πηλείων, καὶ συγκοπὴ ὑπερίων, ὑπερίονος. Ὀδυσσείας α.

Νήπιοι οἳ κατὰ βοῦς ὑπερίονος ἠελίοιο ἤσθιον.

Sunt & quæ contrarium patiuntur, ἐπέκτασιν ſcilicet, duarum ſyllabarum: ut ἰαπετιονίδης ἀπὸ τοῦ ἰαπετίδης. cuius primitiuum eſt ἰαπετὸς, ἰαπετοῦ. Apollonius Argonauticῶn tertio, ἔνθα προμηθεῦς ἰαπετιονίδης ἀγαθὸν τέκε δευκαλίωνα. καὶ Ἡσίοδος ἐν ἔργοις, ἰαπετιονίδη πάντων πέρι μήδεα εἰδώς.

Fœminini quoque patronymici tres ſunt terminationes, ας, ſcilicet, ας
ις, & νη. Quæ in, ας, & in ις, deſinunt, à propriis maſculinis fiunt, ις
ſubtracta, δη, extremæ ſyllabæ: ut βορεάδης, βορεάς. νεστορίδης, νεστορίς. νη
Quæ uero in, νη, deſinunt, ſi à primitiuis habentibus, ι, in penultima fiant, ω, μέγα habent ante, νη: ut ἰκάριος, ἰκαρίου, ἰκαριώνη, ἀκρίσιος, ἀκρισίου, ἀκρισιώνη. Ἰλιάδος ξ. οὐδ' ὅτε περ δανάης καλλισφύρου ἀκρισιώνης. Si autem non habuerint, ι, in νη, patronymicum formant: ut ἄδρηστος, ἀδρήστου, ἀδρηστίνη. Ἰλιάδος ε. μὴ δὴν αἰγιάλεια περίφρων ἀδρηστίνη. ὠκεανὸς, ὠκεανοῦ, ὠκεανίνη. Ἡσίοδος ἐν θεογονίᾳ, Ἠελίῳ δ' ἀκάμαντι τέκε κλυτὸν ὠκεανίνη Περσηΐς. εὔηνος, εὐήνου. εὐηνίνη. Ἰλιάδος ι. κούρη μαρπήσσης καλλισφύρου εὐηνίνης.
Hoc etiam ſciendum eſt, Homerum nunquam à matribus formare pa- Patronym.
tronymicum, nec ab auis, niſi à Ioue (ut dictum eſt) originem traxe- Homerica.
rint. Quod illum quidem in utroque opere, ὀδυσσείας ſcilicet & ἰλιάδος, uidemus conſtantiſſime ſeruare. Sed quid de μολίονε cenſendum? qua dictione uſus eſt Homerus ipſe cum de Cteato, & Euryto loqueretur Ἰλιάδος λ. καὶ νύ κεν ἀκτορίωνε μολίονε παῖδ' ἀλάπαξα. Nam hi duo reuera Neptuni fuerunt filii & Molionis Moli filiæ. Denominatiue uero Actoris, à quo ἀκτορίωνες dicti ſunt, hoc eſt Actoris filii. Sed de Molione dicendum eſt, non patronymicum à matre eſſe, ut quidam ex recentioribus putarunt, ſed adiectiuum nomen, ἀντὶ τοῦ πολεμικοὺς, hoc eſt, bellicoſos: ſic enim in uetuſtiſſimis codicibus legimus interpretatum ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν μάχην μολήσεως.
In hymnis tamen, qui quidam an eiuſdem poetæ ſint, ambigitur, λητοΐ- λητοΐδης
δης uſus eſt, ſicut & alii poetæ, præſertim epigrammatarii, qui huiuſmodi formatione differenter utuntur, Igitur Homerus ipſe εἰς ἑρμῆν, λητοΐδης δ' ἀπάτερθεν ἰδὼν ἐνόησε βόας. & in eodem hymno. λητοΐδην ὑπὸ χερσὶν δ' ἐκπροθύροιο περήσειν. λητοΐδης enim dictus eſt Apollo à Latona matre, quæ græce λητὼ dicta eſt, à cuius genitiuo perfecto, uidelicet λητόος patronymicum eſt formatum, extrema in ίδης uerſa, λητοΐδης.

Patronymica maſculina primæ ſunt declinationis: ut πριαμίδης, πριαμίδου. Fœminina uero quintæ: ut πριαμὶς πριαμίδος.

DE DIMINVTIVIS.

Diminutiua & à propriis, & appellatiuis formantur: ut à ζηνόδωρος, ζηνᾶς, καὶ μηνόδωρος, μηνᾶς. Appianus enim Menodorum uocat Gn. Pompeii libertum, quem Latini Menam. Ab eo autem quod eſt ἄνθρωπος, ἀνθρωπίσκος. Formæ autem maſculinorum ſex: in, ων, diminutiuum duarum ſyllabarum. βάκχων, ὁ βακχυλίδης. In, ων, terminans penultimam, ι, μωρίων, ὁ μωρός. In, αξ. ῥόδαξ, ὁ ῥόδος. In, ας, ζηνᾶς, μηνᾶς. In, κος, ἀνθρωπίσκος. In, λος, ναυτίλος, ὁ ναύτης. Fœmininorum autem tres in, ων, ut ὕλων, ἡ ὕλη. In, ις, θεραπαινὶς, ἡ θεράπαινα. In, κη, παιδίσκη, ὁ παῖς. Neutrorum autem una forma in, ον, μειρακύλλιον, γερόντιον.

Pompeii Menas

DE POSSESSIVIS.

Poſſeſſiua autem à propriis, & appellatiuis deducuntur: & ab iis quæ deſinunt in, δης, terminātur in ειον, νηλεὺς, νηλέως, νήλειον, ſed non ab his ſolis. nam ab eo quod eſt ἄνθρωπος, fit ἀνθρώπειον. Deſinentia in, κος, & in, ωδης, ueniunt ab iis quæ deſinunt in ος, λόγος, λογικός. Sed non ab his ſolis. nam à βασιλεὺς, βασιλικόν. & à δικέλεια, δικελικὸς, πόλεμος ὁ πελοποννησιακός. Poteſt tamen & hic Grammaticus ambas ſpecies ab unoquoque horum deducere, cum non prohibeatur unquam ab eo quod non ſit in uſu. Vt enim ab eo quod eſt ἄνθρωπος, ἀνθρωπικόν, & ἀνθρώπειον: ſic ab eo quod eſt ὅμηρος, ὁμηρικόν, & ὁμήρειον. & ab eo quod eſt πλάτων, πλατωνικόν, & πλατώνειον. Nonnulli autem appellant οἰκειωματικὰ poſſeſſiua ea, quæ à loco denominatiue dicuntur: ut οὐράνιος, ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ. & θαλάσσιος, ἀπὸ τῆς θαλάσσης, & ſimilia. Quare liceret ſic etiam poſſeſſiua tribus modis eſſe. Aut enim οἰκειωματικῶς: hoc eſt domeſtice: ut οὐράνιον. Aut συνεκφωνητικῶς, hoc eſt profeſſiue: ut γραμματικόν. Aut μετουσιαστικῶς: id eſt per communicationem materiæ ut λιθώδης.

ειον

κος

ωδης

DE DENOMINATIVIS.

Denominatiui autem formationes tot ſunt, quot nominum ſpecies. Et licet ab unoquoque nomine denominare. Maſculinum quidem in, ων, ut φίλος, φίλων. Fœmininum autem in, οτης, unius generis: ut φιλότης. Neutrum uero in, ιον, & omnino in, ον, trium generum: ut φίλιον, φιλικόν. Non ſimpliciter autem trium generum: ſed ut ultimæ & penultimæ ſpecierum ſe habent. ἀνθρωπικὸν enim, & ἀνθρώπειον, & ἀνθρωπώδης, & πήλιον, & ἀνθηρόν, omni

no ſecundum formationem ſpecierum nominis traditam. Conſiderare etiam oportet, utrum ſpecies tria ſuſcipiant genera: quia deſinentia in, ον, neutra, non omnino communia ſunt trium generum, ζωΰφιον igitur, & μειρακύλλιον, & λεβήτιον, & omnino diminutiua, unius generis ſunt.

Speculari autem oportet etiam reliquas denominatiuorum formationes, ſecundum differentiam ſpecierum: ut in diminutiuo λίθαξ, ἀνθρωπίσκος, μηνᾶς. In patronymico autem in δης.

DE VERBALIBVS.

VErbalia (ut in uniuerſum dicam) à paſſiuo præterito fiunt, uidelicet à prima perſona, uel ſecunda, uel tertia. Multa ex uerbalibus à prima perſona fiunt, πεποίημαι, ποίημα. λελόγισμαι, λογισμός. Fœminina autem in, ις, à ſecunda perſona: ut λέλυσαι, λύσις. λέλεξαι, λέξις. Deſinentia autem in, τος, communia trium generum, à tertia ἤκουσαι, ἀκουστός. Et præterea appellatiua in ηριον: ut πέποται, ποτήριον.

Eſt, præter ea quæ dicta ſunt, etiam figura decompoſita, uidelicet quæ à compoſito deriuatur: ut φίλιππος, φιλιππίδης.

Περὶ ὑποπεπτωκότων εἰδῶν τῷ ὀνόματι.

PRæter memoratas deriuatiuorum ſpecies, quæ (ut diximus) ſeptem maxime ſunt: inueniuntur & aliæ, quas Græci ὑποπεπτωκότα τῷ ὀνόματι, hoc eſt, ſubiectas nomini ſpecies uocant. Sunt autem ſex & uiginti, uidelicet κύριον, προσηγορικὸν, ἐπίθετον, πρός τι ἔχον, ὡς πρός τι ἔχον, ὁμώνυμον, συνώνυμον, φερώνυμον, διώνυμον, ἐπώνυμον, ἐθνικὸν, ἐρωτηματικὸν, ἀόριστον, ἀναφορικὸν, περιληπτικὸν, ἐπιμεριζόμενον, περιεκτικὸν, πεποιημένον, γενικὸν, εἰδικὸν, τακτικὸν, ἀριθμητικὸν, μετουσιαστικὸν, ἀπολελυμμένον, χρονικὸν, καὶ τοπικόν. hoc eſt, proprium, appellatiuum, adiectiuum, ad aliquid habens, ſiue dictum, quaſi ad aliquid habens, æquiuocum, uniuocum, agnomen, dionymum, eponymum, gentile, interrogatiuum, infinitum, relatiuum, ſiue redditiuum, collectiuum, partitiuum, comprehenſiuum, factitium, generale, ſpeciale, ordinale, numerale, materiale, abſolutum, temporale, & locale. *Aliæ ſpecies. xxvi.*

κύριον igitur eſt, quod propriam cuiuſque rei ſubſtantiam & qualitatem ſignificat, & unius tantum generis eſt, maſculini ſcilicet uel fœminini: ut πλάτων, πολυκλότων. *Proprium.*

προσηγορικὸν, hoc eſt appellatiuum dicitur, quod communem ſub- *Appellatiuum.*

ſtantiam & qualitatem ſignificat:ut ἄνθρωπος. Appellatiuorum autẽ quæcunq; ſignificant animalia communia, duum generum plerunq; ſunt:nonnulla tamen ſunt promiſcua.

Epitheton. ἐπίθετον autem eſt, quod in propriis uel appellatiuis æquiuoce poſitum, aut laudem aut uituperium importat, trifariamq; accipitur: ab anima, à corpore, & ab iis quæ extra ſunt. Ab anima quidem:ut σώφρων, ἀκόλαστος. id eſt modeſtus, & immodeſtus. A corpore:ut ταχὺς, βραδὺς, id eſt uelox, tardus. Ab iis quæ ſunt extrinſecus: ut πλούσιος, πένης, id eſt diues, pauper. & eſt trium generum, ſi proprie ſit adiectiuum: ut σοφὸς, σοφὴ, σοφόν. Si uero nunc ut adiectiuum, nunc ut appellatiuũ accipitur:ut εὐεργέτης, & πολίτης, & ſimilia, duum generum cõmunia ſunt. Tale autem eſt τρήρων colũba. Ιλιάδος ψ. ὕψι δ' ὑπαὶ νεφέων ἴδετο τρήρωνα πέλειαν. id eſt, timidam columbam. Sic & πτὼξ lepus. Ιλιάδ. χ. ἁρπάξων ἢ ἄρν' ἀμαλὴν, ἢ πτῶκα λαγωόν. hoc eſt, timidum leporem.

Ad aliquid πρός τι ἔχον, quod quidem Dialectici correlatiuum appellant, eſt quod aliquid refert, ita quidem, ut ſine eo nec ipſum quidem poſſit conſiſtere, ὡς πατὴρ καὶ υἱός, δεσπότης καὶ δοῦλος: hoc eſt, pater & fi-

Correlatiua. lius dominus & ſeruus. Correlatiua enim ob id ſunt, quod nec pater quis eſſe poteſt, ſi filium non habeat:nec dominus ſine ſeruo ſit, & econuerſo. Sublato enim patre, non amplius dicitur filius: nec domino deficiente, ſeruus appellatur.

Quaſi ad aliquid. ὡς πρός τι ἔχον:ut νὺξ καὶ ἡμέρα, θάνατος καὶ ζωή. Quaſi ad aliquid dictum iccirco eſt, ꝙ quamuis aliquid habeat cõtrarium, & quaſi ſemper adhærens, non tamen ipſo nomine illud idem ſignificat, neq; ex illo denominationem accipit:ut dies, nox. Nam quamuis alterum intereat, non tamen & illud ſecum interit, quod illi adhærebat. Quinimmo nec eodem tempore, nec ullo pacto ſimul eſſe poſſunt.

Aequiuocum. ὁμώνυμον autem nomen eſt, quod æquiuoce ponitur. In propriis quidem: ut αἴας ὁ τελαμώνιος, καὶ αἴας ὁ οἰλέως. Hæc enim τῇ ὁμωνυμίᾳ, id eſt æquiuocatione communicant: ſed locali ſignificatione differunt. In appellatiuis autem:ut μῦς θαλάσσιος, καὶ μῦς γηγενής. id eſt, mus marinus, & mus terreſtris. ſimiliter & hæc ὁμωνυμίᾳ participant: differentia autem maris & terræ diſſimilia ſunt. ὁμώνυμον enim Latine æquiuocum.

Vniuocum. Συνώνυμον autem eſt, quod diuerſis nominibus idem ſignificat: ut ἄορ, ξίφος, μάχαιρα, φάσγανον, σπάθη. enſis, mucro, culter, gladius, ſpatha. Nam συνώνυμον Latinæ uniuocum dicitur.

φερώνυμον

Φερώνυμον autem, quod à Prisciano agnomen appellatur, eſt quod ab aliquo euentu ſiue accidente alicui ſolet imponi: ut τισάμενος filius Oreſtis: & μεγαπένθης Menelái filius. Nam cum Oreſtes ulciſceretur Clytemnæſtram matrem, quæ Agamemnonem patrem ſuū occiderat, euenit ut ei naſceretur filius quē τισάμενον appellauit, ἀπὸ τοῦ τίσασθαι, quod eſt ulciſci. Μεγαπένθης quoq; & ipſe ab accidente ſimili dictus eſt. Nam cum ꝑpter raptā Helenam Menelai uxorē, tota Græcia in maximo luctu eſſet, accidit ut Menelao ex ancilla quapiā filius naſceretur: qui μεγαπένθης, id eſt, in magno luctu natus, dictus eſt.

Διώνυμον, eſt cum duo propria nomina alicui imponuntur: ut πάρις, ὁ καὶ ἀλέξανδρος. σκάμανδρος, ὁ καὶ ξάνθος. Differt autem διώνυμον τοῦ συνωνύμου, quoniam διώνυμον de propriis nominibus dicitur, ut νεοπτόλεμος, ὁ καὶ πύῤῥος Achillis filius. Συνώνυμον uero de appellatiuis tantum, ut ἦτορ, καρδία. id eſt, cor. ἄορ, ξίφος, id eſt, enſis. Dionymū.

Ἐπώνυμον autem eſt, quod proprio nomini in una & eadem ſubſtantia, tanquam ꝓprium eius adiectiuum iungitur: ut τερπικέραυνος ζεύς. φοῖβος ἀπόλλων. ἐνοσίγαιος ποσειδῶν. ἐπώνυμον tamē ab adiectiuo nomine differt, quoniam ἐπώνυμον propriis tantum nominibus adiungitur, & quod uni competit, aliis iungi non licet. ἐνοσίγαιος enim ſoli Neptuno conuenit, iccirco pro illo ponitur, & uice proprii nominis fungitur, uniusq; tantum generis eſt. Ἰλιάδος θ. Καί ῥα ποσειδάωνα μέγαν θεὸν ἀντίον ηὔδα. ὢ πόποι ἐννοσίγαι᾽ εὐρυσθενές. Quemadmodum & illud de Mercurio, Ἰλιάδος β. Αὐτὰρ ἄρα ζεὺς δῶκε διακτόρῳ ἀργειφόντῃ. Ἑρμείας δὲ ἄναξ δῶκε πέλοπι πληξίππῳ. Eponymū.

Vbi & illud ſciendum eſt, quandocunq; duo ponuntur ſine ꝓprio nomine ἐπώνυμα, alterum illorum proprii nominis uicem gerere: quemadmodum in præcedentibus uerſibus διάκτορος ἀργειφόντης. & ἐννοσίγαι᾽ εὐρυσθενές. Nomen uero adiectiuum, & propriis nominibus appellatiuis indifferenter adiungitur, & per ſe poſitum nec proprii nominis uicem gerit, nec appellatiui: nec ullo modo abſq; his ſubſiſtere poteſt, & communiter trium eſt generum. Differt etiam ἐπώνυμον τοῦ διωνύμου, quoniam ἐπώνυμον conuertitur cum proprio nomine, cui ſemel adiunctum eſt. Nam ποσειδῶν, ipſe eſt & ἐνοσίχθων. & contra ἐνοσίχθων, ipſe eſt & ποσειδῶν. Sic & φοῖβος ἀπόλλων, & τερπικέραυνος ζεὺς, & παλλὰς ſiue ἀθήνα, ὀβριμοπάτρη. hoc eſt, Pallas fortem patrem habens. διώνυμα uero nō conuertuntur. Nam etſi σκάμανδρος ipſe eſt & ξάνθος, ξάνθος tamen non omnino cōuertitur, cum plures Xanthi ſint, & diuerſa ſignificent. nam fluuius

etiā Lyciæ,& ꝓpriū philoſophi nomen. Sic & πάρις & ἀλέξανδρος, cum plures Alexandri fuerint. Sic & νεοπτόλεμος. & πύῤῥος,cum plures πύῤῥοι fuerint.nam & Epirotarum rex πύῤῥος eſt appellatus.

Gentile. Ἐθνικὸν ꝓprie eſt quod gētē ſignificat:ut γαλάτης,ἀπὸ τῆς γαλατίας. φρὺξ,ἀπὸ τῆς φρυγίας. Improprie uero trifariā dicitur. ἀπὸ τῆς χώρας, ἀπὸ τῆς πόλεως,καὶ ἀπὸ τοῦ βασιλέως. hoc ē à regiōe,ab urbe,& à Rege.

Interrogatiuum. Ἐρωτηματικὸν,ὃ καὶ πευστικόν.hoc eſt interrogatiuum,quod & percunctatiuum dicitur,eſt quod cum interrogatione profertur,& eſt cōmune trium generum: ut τίς,τί. ποῖος,ποῖα,ποῖον. & uocatiuo caret omnino. Accipitur autē uel ſecundum ſubſtantiā:ut τὶς,quis.uel ſecundum quale,ut ποῖος,qualis.uel ſecundum locū:ut ποδαπὸς, cuias.

Infinitum. Ἀόριστον,hoc eſt infinitum,interrogatiuo eſt contrarium,& id commune eſt trium generum,& ſingula à ſingulis percunctatiuis formantur,adiectione τοῦ,ο,ut ποῖος,ὁποῖος,πότερος,ὁπότερος.

Relatiuum. Ἀναφορικὸν autem , quod relatiuum dicitur , eſt quod ſimilitudinem ſignificat,ut τοιοῦτος,talis. τοσοῦτος,tantus. Dicitur autem παρὰ τὸ ἀναφέρειν , quod eſt referre , quoniam refert nobis cognitionem rei quæſitæ:ut τοιοῦτος,οἷος,talis,qualis.

Collectiuū. Περιληπτικὸν autē, quod Priſcianus collectiuum appellat , eſt quod in ſingulari numero multitudinem ſingnificat: ut δῆμος , populus. ὄχλος,turba,& unius tantum generis eſt.

Partitiuū. Ἐπιμεριζόμενον,hoc ē diuiduū,ſiue partitiuū,quattuor accipitur modis. Aut enim unū ex duobus:ut ἕτερος,alter. Aut duo ꝑ unū,ut ἑκάτερος,uterq́, ut ἕτερος σφῶν ἀναγινώσκει,καὶ ἑκάτερος σφῶν μανθάνει. hoc eſt,alter ueſtrū legit,& uterq́ ueſtrū diſcit. Aut unū ex multis,ut ἄλλος,alius. Aut multi ꝑ unū:ut ἕκαστος,quilibet,ut ἄλλος ὑμῶν ᾄδει,καὶ ἕκαστος ὑμῶν τέρπεται.id ē,alius ueſtrū cātat,& qlibet ueſtrū oblectatur.

Cōprehenſiuum. Περιεκτικὸν, hoc eſt cōprehēſiuum,eſt quod in ſeipſo cōprehēdit aliquid cōtētū,ut δαφνὼν, lauretum,ꝙ plures cōtineat lauros. ἀμπελὼν, uinetum,ꝙ plures in ſe uites cōprehendat,& unius tantū generis eſt.

Factitiuū. Πεποιημένον autem,quod à proprietate ſonorum,per imitationem dicitur,ut φλοισβὸς,aquarum ſonitus. ῥοῖζος, ſibilus cum ſtridore.

Generale. Γενικὸν, eſt quod in plures ſpecies diuidi poteſt,ut ζῷον,φυτὸν,animal,planta. Nam ζῷον commune eſt ad ἄνθρωπον , ἵππον, & λέοντα, φυτὸν uero ad omnes plantas,ἄμπελον,& ἐλαίαν,& ſimilia.

Speciale. Εἰδικὸν autem eſt,quod ex genere diuiditur , ut ἄνθρωπος, ἵππος, λέων,ἐκ τοῦ ζῴου. ἐλαία,δάφνη,ἐκ τοῦ φυτοῦ.

Ordinale. Τακτικὸν , ordinale eſt,quod ordinem ſignificat, & eſt trium gene-

rum, ut πρῶτος, πρώτη, πρῶτον. δεύτερος, δευτέρα, δεύτερον.

Ἀριθμητικὸν, eſt quod numerum ſignificat, ut εἷς, δύο, τρεῖς. Numerale.

Μετουσιαστικὸν, eſt quod de alicuius ſubſtãtia participat, ut πύρινος, igneus. δρύϊνος, quernus. Subſtantialia autem ſiue materialia ab his ſolum fiunt, quæ ſimilium quidē ſunt partium. πῦρ enim & δρῦς, & ὀστοῦν, & σάρξ, hoc eſt, ignis, quercus, os, & caro ſunt ſimilium partium, quoniã quælibet pars ignis, eſt ignis, & quælibet pars carnis, eſt caro. Et in duas maxime terminationes diuiduntur. aut enim in, ινον, ut πήλινον. aut in, ωδης, ut πηλῶδες, cenoſum. Eorum tamen quæ ſunt ex metallis, propria eſt terminatio, in, εον, & in, ουν, κατὰ κρᾶσιν, ut χρύσεον, ἀργύρεον, καὶ χρυσοῦν, ἀργυροῦν. quæ quidē κεράμεον ſecutum eſt. Materiale. ινον ωδης

Ἀπολελυμένον autem eſt, quod per ſe intelligitur, nec ab aliquo pendet. Nam θεός, σοφία, παίδευσις, πεπρωμένη, λόγος, & ſimilia, nullam habent habitudinem, nec affinitatē ad aliquid aliud, cum omnes aliæ ſpecies, aut cum aliis, aut ex aliis intelligantur, & hac de cauſa ἀπολελυμένα, id eſt, abſoluta uocantur. Abſolutum.

Χρονικὸν autem eſt, quod tēpus oſtēdit, ut μὴν, ἔτος, menſis, annus.

Τοπικὸν eſt, quod locum ſignificat, ut πλησίος, propinquus. δεξιός, dexter. ἀριστερός, ſiniſter. Finis de nomine.

EIVSDEM. F. VRBANI BELLVNENSIS

INSTITVTIONVM GRAMMATIC.

LIBER SEXTVS.

ΠΕΡῚ ῬΗ͂ΜΑΤΟΣ.

Ρῆμα ἐστὶ μέρος λόγου ἄπτωτον. hoc eſt, Verbum eſt pars orationis, ſine caſu, quæ ſuſcipit tempora, & perſonas, & numeros, & actionem, ſiue paſſionem ſignificat. Verbum igitur, una eſt ex octo partibus oratiōis. Sine caſu autem dicitur ad differentiam participiorum, & nominum. Verbum enim non ſuſcipit caſus, ſed inflexiones tres: ut λέγω, λέγεις, λέγει. Suſcipit autem perſonas, & numeros. Actionem, uel paſſionem ſignificat. Actionem, ut τύπτω, paſſionem, ut τύπτομαι. Accidunt autem uerbo, ἔγκλισις, γένος, ἢ διάθεσις, εἶδος, σχῆμα, ἀριθμὸς, πρόσωπον, χρόνος, καὶ συζυγία. De quibus, tam & ſi ſupioribus in libris diſputatum eſt, ab re non erit etiã hoc in loco de eiſdē aliqua dicere. De uerbo.

Modus uerbi.

Ἔγκλισις igitur, id eſt affectus, eſt electio, ſecundum quam animus inclinatur ad aliquid, in quod uidelicet repit. Inclinat enim ad indicandum, ad imperandum, ad optandum, & ſimilia. Sciendum autē antiquos ἐγκλίσεις & διαθέσεις, communiter διαθέσεις nuncupaſſe. Sed poſtea diuiſiſſe ipſas, & animi quidem appellauiſſe ἐγκλίσεις, id eſt inclinationes: corporis uero διαθέσεις, id eſt diſpoſitiones: ut ἐνθυμηθῆναι, τύψαι, hoc eſt cogitare, uerberare ἔγκλισιν appellant, in quod animus inclinat. τὸ δὲ ἐνεργῆσαι καὶ τύψαι, hoc eſt agere & uerberare, διάθεσιν. Διαθέσεις autem tres ſunt, ἐνέργεια, πάθος, καὶ μεσότης, id eſt, actio, paſſio, & medietas. ἐνέργεια, ut τύπτω. πάθος, ut τύπτομαι. μεσότης autem, quæ interdum actionē ſignificat interdum paſſionem. Actionem, ut γράφομαί σε, paſſionem, ut γράφομαι ὑπό σου. Et aliqua ſunt, quæ neq; actionem, neq; paſſionē ſignificant, & οὐδέτερα appellantur, hoc eſt, neutra, ut ζῶ, θάλλω, πλουτῶ. Quibus Theodorus Gaza alia duo addit genera, αὐτοενεργητικόν, hoc eſt, per ſe actiuū, ut μάχομαι, pugno καὶ αὐτοπαθητικόν, hoc eſt, p ſe paſſiuū: ut πάσχω, patior.

DE CONIVGATIONE.

Συζυγία δέ ἐστι ἀκόλουθος ῥημάτων κλίσις. hoc eſt, Coniugatio autem eſt conſequens uerborum declinatio. quæ ſic appellata eſt per tranſlationem ſumptam ab his animalibus, quæ ſub idem iugum mittuntur. Vt enim illa parem faciunt curſum: ſic & hæc, quæcunq; ſub eandem coniugationem reducuntur, unam faciunt declinationem. Vnde rationabiliter græce συζυγία appellata eſt, ex σὺν præpoſitione, & ζυγός. ζυγὸς uero παρὰ τὸ δύο ἄγειν, δυαγός, καὶ ἀποβολῇ τοῦ, δ, εἰς, ζ, καὶ συγκοπῇ ζυγός, quod iugum ſignificat. Coniugatio appellatur declinatio uerborum coniuncta, & tanquam ſub unum exiſtens iugum, & hoc ualet ipſa in uerbo, quod character in nominibus, diuerſas enim uoces ſub unum motum agit. Et quēadmodum dicimus nomina maſculina in, ος, deſinentia ſic declinamus, & ſpondaica terminata in, ης, ſic eodem modo & in uerbis dicimus. Quæcunq; uerba per, β, π, φ. enuntiantur, ſecundum thema ſic declinamus. Si enim inuicem coniungit uerba omnia, unum & conſequentem inuicem motum facit. Conſequens enim uerborum declinatio eſt, priuatim unamquamq; Coniugationem conuenienter ſibi & *Coniugationes tredecim.* conſequenter declinari. Verborum autem Coniugationes tredecim ſunt, ſex Grauitonorum, quæ in, ω, μέγα, Grauitonum deſinunt, tres

circumflexorum, quæ & ipſæ in ω, μέγα, ſed circumflexum finiunt: quattuor in, μι, tot enim ſunt uerborum terminationes: hoc eſt, ω, Grauitonum: ut τύπτω. ῶ. circumflexum, ut ποιῶ, & μι, ut τίθημι.

Sed cum ita ſit, quoniam patet quare circumflexa ita ſint appellata, & terminata in, μι, latet autem pleroſq; cur Grauitona ſint nuncupata, antequam ulterius progrediar, id oſtendendum eſſe putaui.

Grauitona igitur ſunt dicta, eo q; habeant accentum Grauem ſuper extremam ſyllabam, à qua omnis ratio accentus pendet: quod etiam nomen ipſum declarat. Nam Grauitonum dictum eſt ex eo quod eſt βαρὺς, quod idem eſt quod grauis: & τόνος, quia grauis toni. Nam omnis dictio quæ ſuper ultimam ſyllabam neq; circumflexum habet accentum neq; acutum, grauem indubitato habet poteſtate, ſi non actu: hoc eſt, ſi non ſignetur. Quod ne quis miretur, ſciendum eſt omneis ſyllabas quæ æqualiter legantur, accentum grauem habere, ſiue præcedant acutum aut circumflexum, ſiue ſequantur. Ob quam rem ſyllabicus accentus appellatur: cum alii duo proprii nuncupentur: ut in accentuum tractatu dictum eſt. *Syllabicus Accentus.*

DE PRIMA CONIVGATIONE.

PRima igitur Grauitonorum coniugatio formatur per primam conſonantem, β, ante ω, μέγα. Et quoniam, β, media eſt inter π, & φ, effertur prima coniugatio Grauitonorum per, β, uel, π, uel φ, ut λείβω, τέρπω, γράφω. Et quoniam proprietas coniugationis non ſeruatur, ſi conſonantes formatiuæ ſint tres (proprie enim συζυγία, hoc eſt coniugatio dicitur ab eo q; duo agat) propter hoc aſſumit τ, ex tertia coniugatione, fitq; πτ. Et quod reliquũ eſt prima Coniugatio Baritonoꝝ inuenitur formari à quattuor, hoc eſt, β, uel, π, uel φ, uel, πτ, ut λείβω, τέρπω, γράφω τύπτω. Propter hoc autẽ, τ, abundat, nõ alia conſonans, quia (ut ꝓgredientes uidebimus) præſens analogiã habet cũ genitiuo, & quia innatũ eſt, τ, abundare in genitiuo, ut ἄνακος, ἄνακτος. γάλακος, γάλακτος, iccirco ad imitationem genitiui, τ, abundat in præſenti. Ob hanc autem cauſam π, in prima coniugatione, & rurſus, κ, in ſecunda, quia eodẽ modo ipſæ tenues ſunt, ſicut & τ. Eſt autem regula, q; tenues tenuibus præcedant, & craſſæ craſſis, & mediæ mediis, κατὰ σύλληψιν. hoc eſt, per comprehenſionem, ut πτῶσις, χθὼν, ἐρίγδουπος. Futurum autem huius coniugationis uerborum, ψ, habet ante, ω, finalem, ut λείψω, τέρψω, γράψω, τύψω. *Regula.*

Præteritum uero, φ, ut λέλειφα, τέτροφα, γέγραφα, τέτυφα,

DE SECVNDA CONIVGATIONE.

SEcunda coniugatio Grauitonorum per ſecundam conſonantem, hoc eſt, γ, effertur. Et quia, γ. media eſt inter, κ, &, χ, ſecunda coniugatio Grauitonorum enuntiatur per, γ, uel, κ. uel, χ, ut λέγω, πλέκω, τρέχω. Rurſus ex tribus conſonantibus Coniugatio ſtare nequit: propterea aſſumit, τ, ex tertia Coniugatione, & ita inuenitur enuntiari per, γ, uel, κ, uel, χ, uel, κτ, ut λέπω, πλέκω, τρέχω, πίκτω. Horum futurum, ξ, habet ante, ω, ut λέξω, πλέξω, τρέξω, τέξω. Præteritum uero, χ, ut λέλεχα, πέπλεχα, τέτρεχα, τέτεχα.

DE TERTIA CONIVGATIONE.

TErtia autem coniugatio Grauitonorum per tertiam eſt conſonantem, hoc eſt, δ, Et quia media eſt, δ, inter, θ, &, τ, propterea tertia Coniugatio Grauitonorum effertur per, δ. uel, θ, uel, τ, ut ᾄδω, πλήθω, ἀνύτω. Et quia hic non inuenimus id, quod eſt proprium Coniugationis, ſeruari. (Quoniam additum eſt, eam efferri per tres conſonantes, quod non eſt proprium coniugationis. nam coniugatio, ut dictum eſt, proprie nuncupatur ab eo quod duo agat) iccirco Auctores nonnulli diligenter perſcrutati, fecerunt tertiam Grauitonorum coniugationem carere terminatione τοῦ. τ. & per ſolum, δ, uel, τ, enuntiari, ut ᾄδω. πλήθω., ἀνύτω enim quod Atticum eſt, ἀνύω dicunt, τ autē omnino raro inuenitur formatiuū tertiæ coniugationis Grauitonorum: ut πέτω, πέτομαι. λίτω, λίτομαι. Futurum uero horum uerborum per. σ. enuntiatur, ut ᾄσω, πλήσω, ἀνύσω. Et præteritū p, κ, ut ᾖκα, πέπληκα, ἤνυκα. Hæc uero ita accipiēda ſunt, ut uerborum Coniugationes aliæ ſint Quadrigarum inſtar, aliæ Bigarū. Quandoquidem Coniugatio inde mihi dici poſſe uidetur, quod uno poſito Themate puta λείβω, ſi declinandum aliud uerbum ſit eiuſdem inflexionis & naturæ: puta γράφω, quaſi compar equus ſub idem iugum mittatur, atque ita totis ſpatiis eodem curſu, pariq; contentione uterq; ferri cogatur. Neq; tamen aliorum inuenta uelim improbare, ſed iis potius omnibus gratiam debere, qui erudiendis ingeniis pro mentis quiſq; ſuæ captu laborauerunt.

DE QVARTA CONIVGATIONE.

QVarta Coniugatio Grauitonorum per quartam conſonantem, uidelicet, ζ, effertur. Et quoniam, ζ, non habet ullam aliam conſonantem ad proprietatem coniugationis replendam: nec

potuit aliam accipere conſonantem, quia occupatæ fuerunt, partim in prima Coniugatione, partim in ſecunda, partim in tertia, Immutabiles autem in quinta: neq; ξ, neq; ψ, aſſumere ualens, quia hæ figuratiuæ ſunt futuri Grauitonorum, ψ, quidem primæ Coniugationis, ξ, autem ſecundæ, & quorundam quartæ, ut ὀρύττω ὀρύξω, σφάζω σφάξω, Non poſſunt autem figuratiuæ futuri Grauitoni, eſſe figuratiuæ etiam præſentis Grauitoni, ut quæ figuratiua eſt futuri Grauitoni, quemadmodum νοήσω, non eſt figuratiua etiam Grauitoni præſentis, ſed circumflexi, ut in φυσῶ νοσῶ, additum eſt Grauitoni futuri propter κείρω, κερῶ. Ecce enim, ρ, cum figuratiua ſit futuri, figuratiua eſt etiam Grauitoni præſentis. Sed non eſt figuratiua Grauitoni futuri, ſed circumflexi. Propter hoc ex Futuro quarta coniugatio Grauitonorum quodammodo, σ, mutuatur, & ipſum duplicat. Et (quod reliquum eſt) quarta Grauitonorum coniugatio effertur per, ζ, uel geminatum, σσ, ut φράζω, ὀρύσσω, καὶ ὀρύττω ἀττικῶς, utroq;, σ, in, ττ, mutato. *Atten.*

Conſueuerunt enim Attici uertere, σ, in, τ, ſiue ſimplex ſit ut, σεῦτλον, τεῦτλον. ſiue geminatum, ut γλῶσσα, γλῶττα, Et propria ſeruatur conſequētia coniugationis. habet enim, ζ, duplex, habet &, σσ, geminatum, quod parē uim habet τοῦ, ζ. Propter hoc autē duplicatur, σσ, primum, ut parē uim habeat cum, ζ, quæ duplex eſt, deinde, quia (ut dictum eſt) σ, cum ſit figuratiua Grauitoni futuri, non poteſt figuratiua eſſe præſentis. De futuro uero horum uerborum ſciendum eſt, deſinentia in, ζω, ſuper duas ſyllabas, præter σχετλιαστικά, ut plurimum in, σω, mittere futurum. ποτίζω, ποτίσω. πειράζω, πειράσω, σαλπίζω, σαλπίσω. & σαλπίξω ποιητικῶς. Similiter βαστάζω, βαστάσω, καὶ βαστάξω. ἁρπάζω, ἁρπάσω, καὶ ἁρπάξω. νυστάζω, νυστάσω, καὶ νυστάξω. Quæ uero σχετλιαστικά ſunt, hoc eſt, miſeratiōis ſignificatiua, in, ξω, faciunt futurum, ut οἰμώζω, οἰμώξω. αἰάζω, αἰάξω. στενάζω, στενάξω. ὀλολύζω, ὀλολύξω. At diſſyllaba nunc in, ξω, mittunt futurum, ut παίζω, παίξω, καὶ παίσω ἀττικῶς. κράζω, κράξω. σφάζω, σφάξω. Nunc in, σω, ut κτίζω, κτίσω, φράζω, φράσω. *σ. in. τ. Attice.* *Futurum.*

Deſinentia uero in, σσω, uel, ττω, ἀττικῶς, ut plurimum, ξ, habent in futuro, ut ὀρύσσω ſiue ὀρύττω, ὀρύξω. πράσσω, ſiue πράττω, πράξω. & alia. Excipiūtur πλάσσω, ἐρέσσω, ἱμάσσω, ἱνάσσω, πτίσσω, λάσσω, λεύσσω. quæ unū, σ, habēt in futuro, ut πλάσω, ἐρέσω, ἱμάσω, ἱνάσω, πτίσω, λάσω, λεύσω. & in præterito, κ. Iccirco quæ hoꝝ habent in futuro, ξ, ad ſecundam reducuntur coniugationem, quæ uero, σ, ad tertiam. *præteritū.*

An ττ. ſint duo ττ, an τγ, ut Theod. Gaza exiſtimaſſe uidetur.

NEq; hoc prætermittendú cenſui, quod pleriq; dubitare ſolent.
Ná Theodorus Gaza, Vir & græce & latine doctiſſimus, in pri
mo τῶν εἰς τέσσαρα, in ſecunda coniugatione Grauitonoꝶ, inter alias
figuratiuas litteras eiuſdé coniugationis, etiá duplices ponit, ζ, ſcilicet,
duplex σσ, duplex, ττ, ſiue, τγ, ἀττικῶς, ut φράζω, ὀρύσσω κοινῶς, ὀρύττω
καὶ ὀρύτγω ἀττικῶς. Sed de hac ultima terminatione, hoc eſt, τγ, du
bitari ſolet, an ſint duo, ττ, ex geminato, σσ, conuerſa ἀττικῶς, ſicut
γλῶσσα, γλῶττα, an uero ſint duo diuerſa elementa, τ, ſcilicet & γ. Si
enim duo ſunt, ττ, hoc modo diſpoſita & connexa, τγ, ne toties calami
ductus iteretur (nam ſcriptores & aptiorem ſcribendi modum ſemp
quærunt & breuioré) ut duo, σσ, in unum cum geminanda ſunt, con
nectantur, nemini profecto nouum uidebitur, cum in antiquis exépla
ribus etiam aliæ innumeræ dictiones inueniátur huiuſmodi characte
re ſcriptæ, ut θάλατγα, θετγαλία, κρείτγων, ἄτγα, pro θάλαττα, θετταλία, κρείττων, ἄττα. At ſi pro, τ, &, γ, quæ ſunt eleméta diuerſa accipe
re uelimus, ut ὀρύτγω. γλῶτγα, κρείτγων, ἄτγα. uidetur ꝓfecto noua
quædam pronuntiatio & duriuſcula. Theodorus tamen in tertio
τῶν εἰς τέσσαρα, ubi de conſonantium geminatione loquitur, uidetur
uelle omnino diuerſa elementa eſſe, τ, ſcilicet & γ, Sed ut quidam
aſſerunt, ſolum hoc accidere putant uerbis duplex, ττ, habentibus,
Atticorum more, ut φράτγω, πέτγω, ταράτγω, αἱμάτγω. &c. Eius
uerba hæc ſunt, δι᾽ λογώτερον μέντοι ἐστὶ τοῦ ὀρύττω καὶ ὁμοίων, τὸ
γράφειν ὀρύτγω, καθάπερ κἀν τοῖς παλαιοτέροις τῶν ἀντιγράφων ὁρῶ-
μεν. Sed Theodorus id ſcripſiſſe uidetur hac potiſſimum ratione, ꝙ
in medio præterito uerborum in, ζω, deſinentium, ſi diſſoluamus, ζ,
in eas conſonantes, quas poteſtate in ſe continet, hoc eſt, σ, &, δ, ni-
mirum, δ, erit figuratiua littera uerbi, ut φράζω, φράσδω, ſicut μελί-
ζω, μελίσδω, δωρικῶς. quam litteram medium præteritum accipit,
ut πέφραδα. A ſimili igitur habentia duplex, ττ, ſi eorum medium
præteritum ſuſcipit, γ, uidentur profecto mutare poſſe alterum, τ,
in, γ, ut ὀρύττω, ὀρύτγω· φράττω, φράτγω. πλήττω, πλήτγω, quorum
media præterita ſunt ὤρυγα, πέφραγα, πέπληγα. & ſic de ſimilibus.
Sed quid hoc aſſerentes de aliis uerbis dicent, quæ in, ζω, deſinunt,
& futurum habent in, ξω, nunquid diſſoluto, ζ, ut ſupra, medium
præteritum eorum accipiet, δ? Non profecto, ſed, γ, potius, ut
κράζω, κράξω, μέσος παρακ. κέκραγα, non autem κέκραδα. Contra
autem in uerbis habentibus duplex. σσ. ſiue duplex, ττ, & in futuro, σ,

ut ἐρέττω, μέλλ. ἐρέσω, mutato altero, τ, in, γ, ſicut in ſupradictis, nunquid medium præteritum eorum ſuſcipiet, γ, ut ἐρέτγω, ἐρέσω. ἤρεγα. Quare potius eorum ſententiæ adhæreo, qui uolunt huiuſmodi uerba tam in, ζω, quàm in, ττω, habentia in futuro σ, accipere, δ, in medio præterito. ſi, ξ, γ. Nam, σ, cognationem habet cum, δ, ut in declinationibus nominum, ac uerborum liquido apparet. πάρις enim πάριδος facit, ἀπὸ τοῦ, σ, εἰς, δ, & ᾄδω, ᾄσω facit in futuro, mutato econtra, δ, in, σ. At, ξ, cognationem habet cum, γ, ut πέττηξ, πέττιγος. & λέγω, λέξω. ob quã rem indubitato teneo huiuſmodi characteres, τγ, pro duplici, ττ, ubiq; eſſe ſuſcipiendos. Huic noſtræ opinioni aſtipulatur Epigrãma illud peruetus quod nos Conſtantinopoli ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ uidimus in baſi Columnæ cuiuſdam Pyramidalis litteris antiquioribus notatum eius Epigrammatis uerſus appoſui.

ΤΟ ΤΕΤΡΑΓΛΕΥΡΟΝ ΘΑΥΜΑ ΤΩΝ ΜΕΤΑΡΣΙΩΝ
ΧΡΟΝΩι ΦΘΑΡΕΝ ΝΥΝ ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ ΔΕΣΓΟΤΗΣ
ΟΥ ΡΩΜΑΝΟΣ ΓΑΙΣ ΔΟΞΑ ΤΗΣ ΣΚΗΓΤΟΥΧΙΑΣ
ΚΡΕΙΤΓΟΝ ΝΕΟΥΡΓΕΙ ΤΗΣ ΓΑΛΑΙ ΘΕΩΡΙΑΣ
Ο ΓΑΡ ΚΟΛΟΣΣΟΣ ΘΑΥΜΑ ΗΝ ΕΝ ΤΗι ΡΟΔΩΙ
ΚΑΙ ΧΑΛΚΟΣ ΟΥΤΟΣ ΘΑΜΒΟΣ ΕΣΤΙΝ ΕΝΘΑΔΕ

Occurrerit aliquis quamobrem inquiens notatum ſit ΚΡΕΙΤΓΟΝ per. ΤΓ. ac non potius per duo. ττ. ſicut Linguæ Atticæ uſus exigit. Vitandæ ut ego exiſtimo confuſionis gratia id factum eſt. Nam ſi apices ſeu cornicula utriuſq;. ΤΤ. pari figura protraherentur, duæ in unã conglutinarentur litteram eamq; penitus diuerſam ideſt. ΤΓ. Vt ergo ea perturbatio declinaretur, ſecundũ. Τ. altero cornu truncatũ fuit ita. Γ. factũ. Ne ue ſpatia inter ipſas figuras magis dilatarẽtur; id quod maxime datur uitio iis qui antiquas notant litteras, quibus ne ultra communes quidem lineas aliquam protendere permiſſum eſt, quum ſecus fieri in minutioribus, quibus nuncutimur, uideamus. illæ enim pro ſcriptorum arbitrio pingi conſueuerunt. Decepti igitur aliqui ſcriptores huiuſmodi figuram. Γ. pro elemento quod medium eſt inter Κ. & Χ. mutas acceperunt non pro. Τ. quod opponitur. Θ. antiſticho. Decepti inquam alteram quoq; figuram. γ. ſcilicet loco alterius quod. eſt. Γ. addiderunt ipſi. Τ. hoc modo. τγ. ut ſupra oſtendimus. quæ res cum à poſterioribus non probaretur non. τγ. ſed. ττ. ſcribi ceptum eſt, ſecundo. Τ. priori ſupereminẽte nam in minutioribus, ut præmonui, nulla admittitur noxa. Ad hoc dextrum quoq; cornu detractũ eſt ut eodem calami ductu perficeretur. Nec ſolum huiuſcemodi elemẽto

id eueniſſe intelligitur, ſed & ſpiritibus δασεία. ſcilicet & ψιλῆ. nam eorum notæ ex. H. in duo ſic. ⊢. ⊣. diuiſo factæ ſunt quas figuras ob facíliorem ſcribendi modum poſtea ſcriptores mutarunt. L. J. ſubtracta parte inferiori. Nemini igitur mirum uideatur nã & ſcriptoribus aliquid dandum eſt, ſi. TT. ſcriptum reperiatur ita ut duo eſſe. ττ. intelligamus, non. τγ. Nam in antiquis ut modo diximus ſecundum. τ. ſiniſtrum cornu amiſit hac nota. Γ. In hodiernis dextrum, eo in hanc figuram. ⅂. declinato.

DE QVINTA CONIVGATIONE.

QVinta coniugatio Grauitonorum per quattuor immutabiles effertur, hoc eſt, λ, μ, ν, ρ, ut πάλλω, νέμω, κρίνω, σπείρω. Quorum Futurum circumflexum penultimã corripiens, per eaſdẽ immutabiles effertur, ut παλῶ, νεμῶ, κρινῶ, σπερῶ. Præteritũ uero habet, κ, ut πέπαλκα, νενέμηκα, κέκρικα, ἔσπαρκα. reliqua locis ſuis paulo infra habebuntur.

DE SEXTA CONIVGATIONE.

SExta coniugatio per, ω, purum, ut ἱππεύω, πλέω, ἀκούω. Conſumptis enim decem & ſeptem conſonantibus, partim in Præſenti, partim in Futuro rationabiliter ſexta Cõiugatio pura exiſtit, & quod habebat, ut per conſonantes formaretur, per uocales formata eſt, acceptis in penultima diuerſis uocalibus, aut diphthongis. Dubitant uero quidam dicentes, cum aliæ coniugationes ex diuerſis elementis figurentur, ut dictum eſt, quomodo ſextam coniugationem per, ω, purum dicamus formari. Dicendũ eſt igitur, licet p, ω, purum dicamus eam enuntiari, non tamen per hoc oſtẽdimus, ω, eſſe figuratiuũ ſextæ coniugationis, ſed quod figuratur per diuerſas uocales, aut diphthongos, quæ ſint ante ipſum, ut θέω, χρίω, ναίω, ἀκούω. Quorum futurum habet. σ. & præteritum, κ, ut θέσω, τέθεικα. χρίσω, κέχρικα. ναίσω, νέναικα. ἀκούσω, ἤκουκα.

Sunt igitur in uniuerſum, Formatiuæ litteræ præſentis temporis, quibus Grauitonorũ coniugationes inter ſe diſtinguuntur hæ. Mutæ omnes, ut λείβω, τέρπω, γράφω, λέπω, πλέκω, δέχω. ᾄδω, πλήθω, ἀνύτω. Vna duplex, ζ, cum, σσ, geminato, ut φράζω, ὀρύσσω. Quattuor immutabiles, ut πάλλω, νέμω, κρίνω, σπείρω. Vocales omnes, præter, η, ut φάω, δέω, πίω, βόω, δύω, ῥώω. Inuenitur tamen apud Homerum.

Δήω. δήω, τὸ εὑρίσκω, q̃d eſt inuenio, διὰ τοῦ, η, Ὀδυσσ. ῆ. δήεις δὲ δολοφρέσι βασιλῆος δαίτην δαινυμένους. & Ὀδυσσ. δ', οὐκ ἄνυσίν τινα δήομεν

unde ἡ δηὼ, τῆς δηόος, δηοῦς, Ceres. Sciēdum autem eſt hoc ſolum inueniri uerbū habēs, κ, ante, ω, ob idq; ab Herodiano inter dictiones, quæ μονήρεις dicūtur, hoc eſt ſolæ, ſiue unicæ, annumeratū eſt. Quocirca ſeponi poteſt ἡ μία γὰρ χελιδὼν, φασι. Diphthongi ꝓprie oēs, ut παίω, ψαύω, σείω, ξύω, οἴω, κρούω. Impropria una, ὀπυίω. Quæ ſequūtur, partim futuri ſunt, partim præteriti ꝑfecti. Futuri, ψ, ξ, σ, & quattuor immutabiles, λ, μ, ν, ρ. ψ, quidem futuri uerboꝝ primæ coniugationis. Ξ, ſecundæ & quorundā etiā quartæ. Σ. uero tertiæ, & cæterarum coniugationum, tam Grauitonoꝝ, q̄ circumflexoꝝ, deſinentium in, μι, præter quintā Grauitonoꝝ, cuius futurum ꝑ immutabileis, uidelicet, λ, μ, ν, ρ, cōmuniter effertur. Conſonantes præteriti tres, φ, χ, κ. Φ quidem præteriti primæ coniugationis, χ, ſecundæ, κ, reliquarū, tā Grauitonoꝝ, q circūflexoꝝ, & terminatoꝝ in, μι, quia ubi, ψ, eſt in futuro, illic præteritū habet, φ. Quæ uero habēt, ξ, in futuro, ea in præterito habēt, χ. Et quæ in futuro habēt, σ, in præterito habēt, κ. *Futurum.* *Præteritū.*

DE TEMPORIBVS VERBORVM.

SEd quoniam dictum eſt, ſex eſſe uerborum tempora, hoc eſt, ἐνεστῶτα, παρατατικὸν, παρακείμενον, ὑπερσυντελικὸν, ἀόριστον, καὶ μέλλοντα, & ſolum de tribus mentio facta eſt, hoc eſt, præſenti, præterito perfecto, & futuro, non erit ab re de eiſdem iterum, & reliquis aliquid dicere. Tempora igitur proprie ſunt tria, ἐνεστὼς, παρεληλυθὼς, καὶ μέλλων. Ex quibus ἐνεστὼς non ſuſcipit diuiſionem, quia dubitatur ſit tempus necne, quia, ut dicunt quidam ſi tempus ſemper mouetur, non poteſt conſiſtere, quod ſi non conſiſtit, non eſt tempus præſens, aut præſens non eſt tempus. Sed dicimus, quod ſi tempora non conſtiterint, neq; etiam præterierunt, quo nam enim modo poteſt præteriſſe, quod nō conſtiterit? Dies enim heſternus niſi prius ortus eſſet, nunq̄ præteriiſſet. & rurſus, ſi quis tinxerit digitum in fiſtula, ſiue canali ſemp fluente, uel pedē in fluuio ſemp fluente, ꝓcul dubio neq; in præterito, neq; in futuro poteſt illum tingere, ſed in præſenti tēpore, uel in præſenti aqua. Et impreſſio facta ex rota, minimꝫ ꝑ præſens fit, non per præteritū, neq; ꝑ futurum. Et quæcunq; dicuntur, & quecunq; fiūt, ea in præſenti tēpore dicuntur, & fiunt. Præſens autē eſt ſine capite, hoc eſt principium nō habet, id eſt, cum dicitur, pariter habet eſſe. Quod cūm ita ſit, merito nullam ſuſcipit diuiſionē. Sciendum eſt autem, quod apud grāmaticos præſens habet dilationē, hoc eſt, latitudinem ſuboſtendit, ut cum dicimus, præſens annus talis eſt. Apud philoſophos autē, ut dictū eſt, principiū non habet, hoc eſt, cum *Præſens.* *Atten.*

dicitur, pariter habet eſſe. παρεληλυθὼς autem, qui & παρῳχημένος dicitur, hoc eſt præteritum, cum habeat dilationẽ, diuerſas ſuſcipit diui-
παρατατ. ſiones. Præterita enim uel in parte præterierunt, & nondum perfecta ſunt. & pficiunt id quod dicimus παρατατικὸν, ut ἔτυπτον, ἔλεγον. Nondum enim res pfectæ ſunt, ſed in parte præterierunt. Vnde παρατατικὸς dicitur, ab eo ꝙ extẽſam & imperfectam habeat ſignificationem, ἀπὸ τοῦ τείνω, quod porrigo, ſiue extendo ſignificat. Vel nuper præterierunt res quæ factæ ſunt, & paulo ante cõpleta eſt res, & pficit tẽpus, quod græce παρακείμενος dicitur, ut τέτυφα, πεποίηκα, quod etiã propter hoc uocatur παρακείμενος, quoniam perfectio adiacet præſen-
ὑπερσυν. ti, hoc eſt nuper perfecta eſt, ἀπὸ τοῦ παράκειμαι, quod adiaceo ſignificat. Vel præterita multo ante præterierunt, & pficiunt ὑπερσυντελικὸν, ut ἐτετύφειν, quod ꝓpter hoc ὑπερσυντελικὸς dicitur, ꝙ multo ante res completa ſit συντελικὸς enim idem eſt, quod πεπληρωμένος, hoc eſt, completus & perfectus, unde ὑπερσυντελικὸς pluſquam pfectus, ἀπὸ τῆς ὑπὲρ προθέσεως, καὶ τοῦ τελέω.ῶ. quod pficio ſignificat. Sciendum autem παρακείμενον habere in ſe ipſo ἄρτι, hoc eſt nuper, quia τέτυφα oſtendit rem nuper completam, ὑπερσυντελικὸν autem τὸ πάλαι, hoc eſt multo ante. ἐτετύφειν enim rem multo ante com-
ἀόριστος. pletam oſtendit. Si autem præterita incerta ſint, quando præterierunt, perficiunt ἀόριστον, ut ἔτυψα, Incertum eſt enim utrum paulo ante, an multo ante præterierint, & propter hoc ἀόριστος, id eſt, infinitum dicitur, & indeterminatũ. Sciẽdum ἀόριστον, ſi aſſumpſerit ἄρτι, tantum ualere, quãtum παρακείμενος, quia ἔτυψα ἄρτι, par eſt τέτυφα; hoc eſt, uerberaui. Si autẽ πάλαι, par eſt Præterito pluſquampfecto. nam ἔτυψα πάλαι, par eſt ἐτετύφειν, hoc eſt, uerberaueram.
μέλλων. Μέλλων autem, hoc eſt, futurum cum etiam ipſe habeat latitudinem, debet ſuſcipere diuiſionem. Futura enim aut paulo poſt futura ſunt, aut multo poſt. Sed quoniã futura incognita ſunt, incognita autẽ non poſſunt, tanꝗ ignorata diuiſionẽ ſuſcipere, ꝓpter hoc non ſuſcipit diuiſionem futurum. Athenienſes tamẽ diuiſerunt ipſum. In futurũ ſimpliciter & in μετ᾽ ὀλίγον μέλλοντα, hoc eſt paulo poſt futurũ. Inueniuntur igitur in uniuerſum ſex tempora, ἐνεστὼς, & μέλλων, & quattuor diuiſiones præteriti temporis. hoc eſt, παρατατικὸς, παρακείμενος, ὑπερσυντελικὸς, & ἀόριστος. Horum autem cognationes ſunt tres, Nam παρατατικὸς cognationem cum ἐνεστῶτι habet, ut τύπτω, ὁ παρατατικὸς, ἔτυπτον. Quẽadmodum enim ἐνεστὼς imperfectus eſt ἐνισταμένην γὰρ, id eſt, inſtantem enim & imperfectam habet ſignifica-

tionem; Vnde merito à quibuſdam Latinorum præſens Inſtans imperfectum appellatur) ſic & παρατατικὸς imperfectus eſt. Nam παρατεταμένην, hoc eſt, iuxta extenſam, & imperfectam habet ſignificationem. ὑπερσυντελικὸς cognationem habet cum παρακειμένῳ, quia utrunque ſignificat rem perfectam: licet παρακείμενος ſignificet rem paulo ante perfectam, ὑπερσυντελικὸς uero multo ante. Ἀόριστος autem habet cognationem cum futuro: ut τύψω, ἔτυψα. Et uidetur contrarium eſſe. Quonam enim pacto præteritum poteſt affinitatem habere cum futuro? contrarium enim eſt, ut res præterita in futuro fiat. Sed licet dicere propter hoc ἀόριστον & μέλλοντα inter ſe affinitatem habere, quoniam utrunque ſignificat infinitum ſiue indeterminatum & incertum. Etenim ἀόριστος, ut μέλλων incertus eſt. Quæ cum ita ſint, nemo mirabitur non eaſdem conſonantes in omnibus temporibus, ſed alias in aliis inueniri. Quia quæ tempora habent cognationem inter ſe, illa eaſdem conſonantes ſiue litteras habent. Sicut eſt ἐνεστὼς & παρατατικὸς, ut τύπτω, ἔτυπτον. παρακείμενος καὶ ὑπερσυντελικὸς, ut τέτυφα, ἐτετύφειν. μέλλων καὶ ἀόριστος, ut τύψω, ἔτυψα. At μέσος παρακείμενος, καὶ δεύτερος ἀόριστος, καὶ μέλλων δεύτερος, formatiuas litteras coniugationis ſuſcipiunt, quibuſdam paucis exceptis, ut in proprio loco latiſſime dicetur.

Cognatio Aoriſti cũ Futuro.

De augmento Præteritorum Libro tertio quantum ad cõmunem linguam pertinet ſatis dictum eſt. Sed de eorum formatione & ſi illic aliqua dicta ſunt, quæ ad eruditionem incipientium ſatis eſſe putauimus, hoc in loco tamen & quædam repetere, & plura alia dicere ſtatuimus, iterum ab ipſo Themate incipientes.

DE FORMATIONE VERBORVM GRAVITONORVM MODI INDICATIVI.

ὉΡΙΣΤΙΚᾺ ἘΝΕΡΓΗΤΙΚᾺ ἘΝΕΣΤΏΣ.

Τύπτω à nullo fit, cũ ſit thema totius uerbi. Secũda pſona à prima fit, extrema in, εις, mutata, τύπτεις. καὶ δωρικῶς τύπτες, abiecto, ι, diphthongi. καὶ αἰολικῶς τύπτης, ἀντὶ τοῦ, ε, εἰς, η, Tertia pſona à ſecũda fit, expũcto, σ, τύπτει. καὶ δωρικῶς τύπτε. καὶ αἰολικῶς τύπτη. Δυϊκά. Dualis numerus à plurali deducitur antiquorum more, licet ordine naturæ numerus dualis pluralẽ omnino præcedat, Sed hoc ĩ uerbis formãdis

Singularis numeri,

Dualis.

à ueteribus grammaticis nuſquam inuenimus ſeruatum. Nam maiores noſtri, & maxime Aeoles, duali numero nõ utebãtur, ſed ſingulari tantummodo, & plurali. Quod Diomedis quoq; auctoritate confirmatur, qui ait. Antiquitatis enim Romani memores, dualem numerum poſteritatis uſu receptum, quaſi nouellum uſurpare noluerunt. Is nanq; ſicut à primordio ſermonis à natura prediti in obſcuro habitus ignorabatur: ſic diutius incertus, inter utrunq; numerum, tam ſingularem quàm pluralem latebat. Sero autem ſuperuenientibus ſæculis, ſcrupuloſæ curioſitatis obſeruationibus cœptus, quaſi intercalaris irrepſit: & hac de cauſa apud ueteres raro reperitur. Præterea ſuperfluus antiquis uiſus eſt. Siquidem ex numeri pluralis imagine, dualis declinatio formata normatur. Sed aduerte quod quandocunq; prima perſona pluralis deſinit, in, μεν, tunc prima dualis formari non poteſt, duabus regulis inuicem repugnãtibus. Quarum prima eſt, q dualis numerus uerbi natura, appetit extremam ſyllabam deſinere, aut in, τ, in actiuis, aut in, θ, in paſſiuis, & ſic formandum fuerat τύπτομεν, τύπτοτον. Altera regula eſt, q omnis pars orationis ſuſcipiens numeros, formari debet per idem elementum, ut τυπτόμεθα, τυπτόμεθον. exceptis pronominibus primitiuis, quæ à regula declinant: ut ἐγὼ, ἐμοῦ. Δυϊκῶς. νῶϊ, καὶ νῷ. &c. & ſic dicendum fuerat ἀπὸ τοῦ τύπτομεν τύπτομον. Quare his duabus regulis inuicem repugnantibus, hac quidem appetente, τ, illa uero, μ, euenit ut neutra obtinuerit formandi poteſtatem. Quo factum eſt, ut prima perſona dualis numeri omnium actiuorum omnino defecerit, cum prima perſona pluralis in, μεν, ſyllabam exeat. Vnde datur talis regula. Ἐν πᾶσι τοῖς ῥήμασιν, ὅτι τὸ πρῶτον πρόσωπον τῶν πληθυντικῶν τὸ, μ, ἐπὶ τῆς τελευταίας συλλαβῆς ἔχει, ἀπολέσει τὸ πρῶτον πρόσωπον τῶν δυϊκῶν. Quod potiſſimum eſt argumentum, pluralem numerum prius formatum fuiſſe q̃ dualem: quandoquidem ab eo omnino pendet. Etſi prioribus libris Theodorum Gazam imitati, dualem numerum à ſingulari ubiq; deduxerimus, hic tamen antiquorum traditionem ſequemur. Secunda igitur pſona dualis numeri à ſecunda plurali fit, τε, in τον, mutata: ut τύπτετε, τύπτετον. Tertia ſimilis eſt ſecundæ, τύπτετον, πληθυντικῶς. Prima perſona pluralis fit à prima ſingulari: ut τύπτω, τύπτομεν, καὶ δωρικῶς τύπτομες, ſicut πράσομες pro πράσομεν. Θεόκριτος ἐν θυωνίχῳ, πράσομες οὐχ ὡς λῷστα Θυώνιχε.

Secunda perſona à prima fit, τύπτομεν, τύπτετε. Tertia quoq; perſona à prima fit, extrema in, σι, & adiuncto, υ, penultimæ uocali: ut τύ-

Aeoles dualem nõ habebant. — *Atten.* — *Regula.* — τύπτομες *Dores.*

πτομεν, τύπτουσι. eſtq; omnino ſimilis datiuo plurali participii eiuſdem
temporis. Nam regula eſt, quod tertia perſona pluralis præſentis tē- Regula.
poris, & futuri actiuorum omnium, ſimilis eſt datiuo plurali partici-
pii eiuſdem temporis: ut ὁ τύπτων, τοῦ τύπτοντος, τοῖς τύπτουσι. ὁ τύ-
ψων, τοῦ τύψοντος, τοῖς τύψουσι. At τύπτοντι dicunt Dores pro τύπτου- τύπτοντι
σι, ad ſimilitudinem datiui ſingularis participii præſentis. & τυψοῦντι Dores.
pro τύψουσι, ad ſimilitudinem datiui ſingularis participii futuri, uide
licet ὁ τυψῶν, τῷ τυψοῦντι, à futuro Dorico τυψῶ. At præterito perfe
cto non hoc euenit, & ſi tertia pſona pluralis in, σι, deſinat κοινῶς. & in
τι, δωρικῶς, ut τετύφασι, τετύφαντι. Quandoquidem non omnino ea
dem eſt litteratura cum datiuis eiuſdem temporis, τῷ τετυφότι, τοῖς
τετυφόσι. Fit autem à tertia cōmuni, σ, in, τ, conuerſo, ac, ν, interiecto,
τετύφασι, τετύφαντι. ἑστήκασι, ἑστήκαντι. Θεόκριτος ἐν ἀδωνιαζούσαις,
ὡς ἔτυμ' ἑστήκαντι, καὶ ὡς ἔτυμ' ἐνδυνεῦντι.

Quo in loco aduertendum eſt, tertiam perſonam uerborum deſinē- v. aſſum-
tium in, ι, ſequente uocali aſſumere, ν, ut τύπτουσιν ἐκεῖνοι. quoniam ptitium.
natura appetit, ν, quandocunq; σ, præcedit ipſum, ι, in fine dictionis,
ſiue actu, ſiue poteſtate, ut Ἰωσὶν, φοίνιξιν, datiui plurales ἀπὸ τοῦ Ἰώς,
Ἰωὸς & φοίνιξ, φοίνικος. Sic in tertiis perſonis uerborum in, ι, deſinen-
tibus, ut τύπτουσιν, τετύφασιν. Attici tamen etiam ſequente conſonan
te addunt, ν, Iones uero neq; cōſonāte ſequēte, neq; uocali. Quod nos Iones.
Athenis in arcu marmoreo Adriani imperatoris ſcriptū ipſi uidimus.

ΑΙΔΕΙΣΑΘΗΝΑΙ ΘΗΣΕΩΣ Η ΠΡΙΝ ΠΟΛΙΣ.

Et in fronte orientem uerſus.

ΑΙΔΕΙΣΑΔΡΙΑΝΟΥ ΚΟΥΧΙ ΘΗΣΕΩΣ ΠΟΛΙΣ.

pro αἵδ' εἰσὶν ἀθῆναι. & αἵδ' εἰσὶν ἀδριανοῦ. Et Homerus ὀδυσσ. δ.
οὐδὲ οἱ ἄλλοι εἰσ' οἴκεν κατὰ δῆμον ἀλάλκοιεν κακότητα. ἀντὶ τοῦ
εἰσὶν οἴκεν. Sic faciunt & in tertia perſona ſingulari eiuſdem uerbi ſub
ſtantiui ἐστίν. Σοφοκλῆς ἐν αἴαντι. κἀδόκει μὲν ἐσθ' ὅτε διασοὺς
ἀτρείδας αὐτόχειρ κτείνειν ἔχων. Et in eodem, οὐ γάρ ἐσθ' ὅπου λό-
γων ἀκούσαι. pro ἐστὶ ὅτε, & ἐστὶν ὅπου. Nam ſi dictæ tertiæ perſonæ
in, ν, deſinerent, nuſquam ἀπόστροφος fieret. Hoc idem &, ε, patitur
Atticorū more, cū tertia pſona uerbi in id deſinat: ut ἔτυπτον ἔτυπτεν,
At Iones neq; in his quoq; ν, addere conſueuerunt. Ἰλιάδ. α.

ἀλλ' ἕνεκ' ἀρητῆρος, ὃν ἠτίμησ' ἀγαμέμνων. Et in eodem.

οὕνεκα τὸν χρύσην ἠτίμησ' ἀρητῆρα. pro ἠτίμησεν.

Quod & ſecundæ perſonæ imperatiuorū (licet & ipſæ in, ε, deſinant)
nequaquam admittunt: ut τύπτε, τυπτέτω. τέτυφε, τετυφέτω.

παρατατικός.

Ἔτυπτον, fit à prima perſona præſentis, extrema in, ω, mutata, ac præpoſito, ε, ſyllabico augmento, quod cõmune eſt omnibus præteritis uerborum à conſonante incipientium, ut τύπτω, ὁ παρατατικὸς ἔτυπτον. Vel à genitiuo participii præſentis temporis, extrema ſyllaba abiecta, ac præpoſito, ε, augmento, ut τύπτων, τύπτοντος, ἔτυπτον. Nam participii natura eſt, ut ſuo ſtatim tempori ſuccedat quamuis ad euitandam confuſionem loco ultimo ſtatuatur.

De.ρ. Sed hic aduertendum, quandocunq; præſens incipit à, ρ, præteritum imperfectum accipere alterum, ρ, ut ῥίζω, ἐῤῥίζον. & hoc ut

Regula. in eo ſeruetur ſpiritus præſentis temporis. Nam regula eſt, quod ſpiritus thematis & in aliis temporibus ſeruandus eſt, ut φιλῶ, παρατατικὸς ἐφίλουν. Ecce hic ſeruatum eſt, φ. Si igitur ſimplici, ρ, præteritum imperfectum ſcriberetur, neceſſario tenui ſpiritu ſcribendum eſſet. Nam, ρ, etſi in principio dictionis aſpiretur, nihilo minus in medio duarum uocalium, in eadem dictione ſimplici, exilem ſpiritum habet, ut χαίρω, φέρω. Huius igitur gratia præteritum imperfectum geminatum, ρρ, habere debet, ut alterum quidem, hoc eſt, in quod prior ſyllaba deſinit, exilem ſpiritum habeat, alterum uero, à quo ſequens ſyllaba initium habet, aſpiretur, ut in eo ſpiritus præſentis

Regula. omnino ſeruetur. Eſt etiam regula, quod quandocunq; duo, ρρ, inueniuntur, ſiue in ſimplici, ſiue in compoſita dictione, alterum quidem exili ſpiritu, alterum uero aſpirato ſcribitur, ut πόῤῥω, ἄῤῥωστος.

Aeoles non aſpirant.ρ. Aeoles tamen aſpirationem omnino fugientes utrunq;, ρρ, exili ſpiritu ſcribere conſueuerunt, ut κέῤῥω, φθέῤῥω, σπέῤῥω, pro κείρω, φθείρω, σπείρω. Cur autem alterum, ρ, hoc eſt primum exilem ſpiri-

Atten. tum habeat, hæc aſſignatur ratio. Nam apud Græcos nulla eſt dictio,

Gemin.ρρ. aut ſyllaba, quæ in ullam aſpiratarum deſinat, & propterea ubi ali-

Nulla ſylla qua earum geminanda eſt, prior mutatur in eam tenuem quæ eſt ei

ba in aſpi= propria, ut Ἀτθὶς, Σαπφώ, Βάκχος. Si igitur utrunq;, ῥῥ, aſpiraretur,

ratā deſinit eueniret ut prior ſyllaba in aſpiratam deſineret, quod apud Græcos abſurdum eſt. Eſt igitur cõmunis regula huiuſmodi litteræ, ρ, quod quandocunq; ponitur in principio dictionis, aſpiratur tanquam me-

ρ.media in dia inter uocales, & conſonantes, ut ῥῆμα, ῥέω. Excipiuntur, ῥάρος, &

ter uocales ῥαριὰς, ῥαριάδος, ἡ Δημήτηρ, quippe. Ceres. & ῥάριον τὸ βρέφος, infans

& cõſonan de quibus uide apud Suidam. Quoniam in nominibus ſi prima & ſe

tes. cunda ſyllaba à, ρ, incipiant, leuem ſpiritum habere debēt, quod non fit in uerbis, neq; participiis, ut ῥέῤῥιμμαι, ῥεῤῥυπωμένα. Si autem aſſumit

ſecum

ſecum aut ſyllabam, aut dictionem deſinentem in uocalem, & fiat dictio una, geminatur, ῥῥ, primum quidem habet ψιλὸν, alterum uero δασεῖαν, ut ῥίπτω, ἔῤῥιπτον. ῥωστὸς, ἄῤῥωστος. Poetæ tamen in omnibus compoſitis gratia metri ſimplici, ῥ, aliquando ſcribere conſueuerunt, ut ἄῤῥεκτον, ἀμφιῤῥητος. Compoſita etiam ab, δυ, unico, ῥ, cõmuniter ſcribuntur. ut ῥῶστος, δυῤῥωστος. ῥοῦς, δυῤῥους. habet enim, δυ, diphthongus pronuntiationem ſecundæ conſonantis. Hoc idem & in uerbis faciunt. Homerus. ἔῤῥεζε θεῶν αἰεὶ γενετάων. præteritum imperfectum à uerbo ῥέζω. & in aliis multis. In quibus ſciendum eſt illud, ῥ, eſſe exterendum, quod tenuẽ habet ſpiritum, primum ſcilicet, ut appendicem & extrinſecus aſſumptum, alterum uero, hoc eſt aſpiratum, cum id quidem dictio ex ipſa poſitione ſiue principio habeat, ſeruandum, ut ἔῤῥεξε, ἔρεξε. ἄῤῥηκτος, ἄρηκτος. Tribus enim modis duplicatur, ῥ, aut per compoſitionem, ut ἐπίῤῥημα, aut per augmentum ſyllabicum, ut ἔῤῥιψα. aut per naturam, ut πυῤῥὸς, θάῤῥος. quibus autem ineſt geminatum natura, in his dubitant nonnulli, utrum hoc ſeruandum ſit, an utrunque habeat ψιλὸν. ſed de hoc ſatis.

Poetarum licentia.

δυ. uim habet conſonantis.

Trib. modis. ῥ. duplicatur.

De augmento temporali.

Eſt & aliud incrementum, quod temporale appellatur, hoc eſt cum breuis uocalis in longam mutatur, quod cõmune eſt omnibus Præteritis uerborum à uocalibus incipientium, ut ἀκούω, ἤκουον. Iones tamen omnino reſpuunt incrementum, tam ſyllabicum q̃ temporale, in omnibus præteritis, ut τύπτε pro ἔτυπτε, ἄκουσε, pro ἤκουσε. ἅψατο, pro ἥψατο. Hoc idem & poetæ aliquando faciunt. Sunt & alia uerba à uocalibus incipientia, quæ partim differentiæ cauſa, partim euphoniæ, partim ſolo uſu non augentur in principio præteritorum. Secunda perſona ἔτυπτες. Tertia, ἔτυπτε, καὶ ἰωνικῶς τύπτεσκε. Quo in loco ſciendum eſt, Iones conſueuiſſe formare tertiam perſonam præteriti imperfecti, & primi & ſecundi Aoriſti actiuorum omnium, abiicientes augmentum, tam ſyllabicum q̃ temporale, & apponentes, σκε, ſyllabam. Sed quia horum penultima uaria eſt, ſecundum uarias uerborum coniugationes, ſciri uelim, quæ ſit penultima in unaquaque coniugatione. Nam tertia perſona præteriti imperfecti Grauitonorum omnium, ε, habet ante, σκε, ut ἔτυπτε, τύπτεσκε. ἔλεγε, λέγεσκε. & de aliis ſimiliter. Circumflexorum uero, & terminatorum in, μι, proprias habet uocales, quæ formatiuæ coniugationum appellantur, hoc eſt, ε, α, ο, υ, Ε. quidem formatiua eſt primæ coniugationis, tam circumflexorum, q̃ terminatorum in, μι, Α. ſecundæ. Ο. tertiæ,

Iones augmentum reſpuunt.

Tertia pſona Ionice.

De penultima

Atten.

ϒ. uero quartæ uerborum in, μι, tantum quoniam circumflexorum tres ſunt coniugationes, ut ἐποίει, ποίεσκε. ἐτίθη, τίθεσκε. ἐβόα, βόασκε. ἵστη, ἵστασκε, ἐχρύσου, χρύσοσκε. ἐδίδω, δίδοσκε. ἐζεύγνυ, ζεύγνυσκε. At tertia perſona primi Aoriſti omnium uerborum, α, habet ante, σκε, cum ꝓpria ſit uocalis primi Aoriſti, & formari poteſt à ſecunda pſona, adiuncta, κε, ut ἔτυψας, τύψασκε. ἐποιήσας, ποιήσασκε. ἔστησας, στήσασκε. Nam ſi à tertia formare uoluerimus, ε, in, α, iterum mutãdum erit, ut ἔτυψε, τύψασκε, & ſic in aliis coniugationibus. Tertia uero pſona ſecundi Aoriſti, Grauitonorum & circumflexorum omnium, ε, habet ante, σκε, ut ἔτυπε, τύπεσκε. ἔλιπε, λούπεσκε, ἀπὸ τοῦ λείπω. ὦ. ἔμυκε, μύκεσκε, ἀπὸ τοῦ μυκάω. ῶ.

Quid ĩ uerbis in, μι. At tertia ſecundi Aoriſti uerborum in, μι, eaſdẽ uocales habet, quas tertia præteriti imperfecti eorundẽ uerborum, ut ἔθη, θέσκε. ſicut ἐτίθη, τίθεσκε. ἔστη, στάσκε. ſicut ἵστη, ἵστασκε. ἔδω, δόσκε. ſicut ἐδίδω, δίδοσκε. ἔδυ, δύσκε. ἰλιάδ. θ. Αὐτὰρ ὁ αὖτις ἰὼν πάϊς ὡς ὑπὸ μητέρα δύσκεν εἰς αἴανθ᾽. ἀντὶ τοῦ ἔδυ. Hoc autẽ imitati Poetæ primam etiam, & ſecundam pſonã ſingularem, ac tertiam pluralem, quoniam omnino ſimilis eſt primæ ſingulari horum temporum, hoc eodem modo formant, ut τύπτεσκον, τύπτεσκες, & τύπτεσκον tertia pluralis. ἐδίδασκε uero & ἐρίπτασκε, & ἐγίνωσκε, & ſimilia quæ augmentum ſeruant, has non ſequuntur regulas, cum Ionica non ſint, ſed à uerbis in, σκω, deducuntur, hoc eſt διδάσκω, ἐριπάσκω, γνώσκω. Δυϊκά. Prima perſona dualis non eſt, ut in præſenti tempore dictum eſt. Secunda, ἐτύπτετον. Tertia ἐτυπτέτην, quæ inter ſe diſſimiles ſunt, cum tertia pluralis, nec in, ι, deſinat, nec in, αι. Πλη. Prima perſona pluralis ἐτύπτομεν, καὶ δωρικῶς ἐτύπτομες. ſicut ἐδοκεῦμες pro ἐδοκοῦμεν. Θεό. ἐν ὕλᾳ. Οὐχ ἁμῖν τὸν ἔρωτα μόνοις ἔτεχ᾽ ὡς ἐδοκεῦμες. καὶ ἐν θαλυσίοις. Ἦς χρόνος ἀνίκ᾽ ἐγώ τε καὶ εὔκριτος εἰς τὸν ἄλεντα εἵρπομες. pro εἵρπομεν. Secunda perſona ἐτύπτετε. Tertia ἔτυπτον, quæ non fit à prima plurali ſicut in præſenti, nec pares habet

Atten. ſyllabas, ſed magis ſimilis eſt primæ ſingulari, ἔτυπτον. Nam cum participium actiuum deſinit in, σ, ὀξύτονον, tunc tertia pſona pluralis par eſt ſyllabis primæ plurali, ut τετύφαμεν, τετύφασι. ἐτετύφειμεν, ἐτετύφεισαν, quia participium præteriti perfecti, hoc eſt τετυφὼς in, σ, deſinens acuit extremam, alioqui diſpares ſunt, & tunc tertia perſona à genitiuo ſui participii fit, abiecta, τος, ſyllaba, ac ε, cõmuni augmento præpoſito, ut τύπτων, τύπτοντος, ἔτυπτον, ut prima ſingularis. & τύψας, τύψαντος, ἔτυψαν. & τυπών, τυπόντος, ἔτυπον. Sed hoc de ſolis præte-

Atten. ritis eſt intelligendum. Nam præſens & futurum hanc non ſequun-

tur regulam. Inueniuntur tamen ἐδήλιοῦσαν, ἀντὶ τοῦ ἐδήλιουν, tertia perſona pluralis præteriti imperfecti ἀπὸ τοῦ δηλιόω. ω. & ἐμάθοσαν pro ἔμαθον, & ἐδόσαν, & ſimilia Bœotorum ſiue Chalcidicorum more. Conſueuerunt enim ipſi Bœoti in his quæ non habẽt participium in, σ, oxytonum, hoc eſt, in præterito imperfecto, & in ambobus Aoriſtis actiuorum, pares facere & primam & tertiam perſonam pluralis numeri, ut ἐτύπτομον, ἐτύπτοσαν. ἐτύψαμον, ἐτύψασαν. ἐτύπομον, ἐτύποσαν, ἀντὶ τοῦ ἔτυπον. Contra uero in his quæ habent participiũ in, σ, ὀξύτονον, & declinatum per, ν τ, hoc eſt in Aoriſtis paſſiuis uerborum omnium, & in præterito imperfecto, & ſecundo Aoriſto uerborum actiuorum in, μι, impares facere primam & tertiam pſonam pluralis numeri, ut ἐτύφθημον, ἐτυφθεν. ἔφαμεν, ἔφαν. ἔβημεν, ἔβαν, pro ἐτύφθησαν, ἔφασαν, & ἔβησαν. de quibus propriis locis ampliſſime dicetur. *Bœoti ſiue Chalcidici.*

Παρακείμενος.

τέτυφα, à futuro fit, extrema in, φα, conuerſa cum ſit primæ coniugationis. Sed quod ad principalẽ ſyllabam, ſciendum eſt præterita omnia circa principium, aut tẽpore, aut ſyllaba augeri, ſicut libro. III, de augmento præteritorꝫ abunde dictum eſt. Tempore quidẽ augeri, ſi uerbum à uocali quapiam incipiat. Quæ ſi ſit immutabilis, ι, ſcilicet aut, ι, aut, υ, aut, ω, μέγα, eadẽ remanet immutabilis, ι, tamen & υ, ſi in præſenti breues extiterint, ꝓducuntur in præteritis, cum δίχρονα ſint. At ſi mutabilis fuerit, hoc eſt, α, ſiue, ε, ſiue, ο, α, quidem, &, ε, in, η, & ο, in, ω, natura longas uertuntur, quod augmentum tẽporale appellatur. Augeri uero ſyllaba contingit, ſi à quapiam conſonante uerbũ initium habeat. Quo in loco ſciẽdum eſt, præterita omnia uerborꝫ à conſonante incipientium, in principio aſſumere, ε, ψιλὸν, quod augmẽtum ſyllabicum nuncupatur. At præteritum pfectum, præſentis conſonantem cum eadem uocali, ε, ſcilicet nonnunq̃ geminare, quod ei euenit ſi breuis exiſtat, ut λέγω, ἔλεγον. nã, ε, breuis ẽ, cũ ſola ac ſimplex ſequatur cõſonans. παρακείμ. λέλεχα. τύπτω, ἔτυπτον, τέτυφα. quæ quidẽ geminatio, ſiue reduplicatio, q̃ Græci ἀναδιπλασιασμὸν appellãt, cõmunis eſt, & ſi alibi per, ι, correptũ fieri contingat. Si uero poſitione longa exiſtat, quod fit cum duæ ſequãtur conſonantes, ſiue actu, ſiue poteſtate, nulla fit conſonantiũ geminatio, ut σπείρω, ἔσπειρον, ἔσπαρκα, niſi muta cũ liquida fuerit, quia tunc geminatur muta, ut κρίνω, ἔκρινον, κέκρικα. Et quoniam reduplicationis mẽtio facta eſt, nõ erit inutile, præter ea quæ in libro. III. diximus, hoc etiã in loco ſecundum diuerſarum linguarꝫ uarietatem, quædã ad eam pertinentia dicere, *muta cum liquida.*

ἀναδιπλασιασμός. *Reduplicatio propria.*

Eſt igitur ἀναδιπλασιασμὸς μιᾶς συλλαβῆς. παράληψις μετὰ τοῦ αὐτοῦ συμφώνου, ἢ ἀντιστοίχου, hoc eſt, Reduplicatio, eſt unius ſyllabæ aſſumptio, cum eadem conſonante, ſiue antiſticho eius. Eſt autem duplex, propria & impropria. Propria fit tribus modis, cõmuni, Ionico, & Attico. Sed ex his cõmunis & Ionicus ſunt ſimiles inter ſe, præterquam in hoc quod in cõmuni, ι, præponitur, in Ionico uero, ε, Duobus autem modis ambo fiunt. Altero quidem, cum uerbum à tenui conſonante media'ue incipit, altero autem, cum à craſſa inchoat. Nam ſi à tenui incipiat media'ue, & ea quidem ſiue ſola, ſiue cum alia conſonante, eadẽ repetitur, ut δῶ, διδῶ. πλῶ, πιπλῶ. κλήσκω. κικλήσκω. Ὀδυσ. χ. Ἔρχεο, κικλήσκει σε πατὴρ ἐμὸς ὄφρα τι εἴπῃ. Si à craſſa, pro ea ſiue ſola ſit, ſiue cum alia conſonante, antiſtichon eius, hoc eſt, propria eius tenuis ponitur; ut θῶ, τιθῶ. χρῶ, κιχρῶ. Et hac reduplicatione Iones reſpuentes præteritorum augmentum, in omnibus modis & temporibus, maxime autem in ambobus Aoriſtis uti conſueuerunt. Cuius uſus apud Homerum frequentiſſimus eſt in uerbis, nec ſolum in, ω, deſinentibus, ſed etiam in, μι, Ὀδυσσείας δ. κὰδ δ' ἔβαλε κρατερῶς, κεχάροντο δὲ πάντες Ἀχαιοί. & Ἰλιάδος δ. ὑπὸ δὲ Τρῶες κεκάδοντο ἀνδρὸς ἀκοντίσαντος. & Ὀδυσσείας γ. τῷ κέν τις κείνου γε καὶ ἐκλελάθοιτο γάμοιο. & Ἰλιάδ. ζ. φαίην κεν φρέν' ἀτέρπου ὀϊζύος ἐκλελαθέσθαι. & Ὀδυσ. δ. τὸν εἴπως σὺ δύναιο λοχησάμενος λελαβέσθαι. Hac eadem utimur reduplicatione in cõmuni præterito per conſonantem præſentis, ſi ipſum, ε, correptum exiſtat, ut ſupra dictum eſt, ut τύπτω, τέτυφα. πείθω, πέπεικα.

Augmentũ Atticum.

Attico modo fit etiam in præterito pfecto, quãdo uerbũ incipit à mutabilibus uocalibus, hoc eſt ab, α, ε, ο, Nam principales duæ litteræ præſentis præponũtur cõmuni præterito, & tertia ſyllaba à principio corripitur, ſicut in præterito Attico dicetur, ut ἀκούω, ἤκουκα κοινῶς, καὶ ἀκήκοκα ἀττικῶς., καὶ μέσος ἤκουα, ἀκήκοα. Et hæc dicitur reduplicatio, quandoquidem in ea conſonans reduplicatur, & ſi non eodem modo in omnibus idiomatis fieri hoc contingat. Nam in cõmuni reduplicatione & Ionica, in prima & ſecunda ſyllaba geminatur conſonans, & per, ι, ſiue, ε, uocales breues, ut δῶ, διδῶ. τλῆμι, τέτλημι, unde τέτλαθι, & τετλάναι, & τετλάμεν ἰωνικῶς. Ὀδυσ. γ. νῦν δὲ χρὴ τετλάμεν ἔμπης. In Attica uero, in ſecunda & tertia ſyllaba, & per uocalem longam, η, ſcilicet, ſiue ω, μέγα, ut ἀλείφω, ἤλειφα κοινῶς, καὶ ἀλήλιφα ἀττικῶς. ubi, λ, cum, η, geminatur, ὀρύττω, ὤρυχα κοινῶς, καὶ ὀρώρυχα ἀττικῶς. hic uero, ρ, cum, ω. Α. enim &, ε, ex temporali augmento in, η, uertuntur, ο, μικρὸν uero in ω, μέγα.

Quæ quidem uocales longæ in cõmuni præterito, ratione augmenti primum tenent locum, in Attico uero ſecundum, ut in dictis exẽplis uidere licuit. Impropria reduplicatio item duobus fit modis: uno per, ι, altero per, ε, Per, ι, item duobus modis. Vno, quando uerbum incipit à uocali, ut ἄω, ἰῶ, ἵημι. Altero, quando uerbum incipit à, ς, ut στῶ, ἱστῶ, ἵστημι. in quo, σ, non repetitur: quoniam ἰῶτα poſitione duarum conſonantium, σ, ſcilicet & τ, exiſtit productum. Sed utroq; modo, ι, ſolum præponitur, & hic modus cõmunis eſt. Per, ε, ſolum, ut ἄω, ἕω, ἕημι, ἕεμαι, καὶ ἧμαι. & hac geminatione Attici uti ſolent in præteritis uerborum ab, ο, incipiẽtium, ut ὤρακα, ἑώρακα. ὦσμαι, ἔωσμαι. quos Poetæ imitati, etiam in aliis tẽporibus uerborũ, tam in, ω, quàm in, μι, deſinẽtium, ea frequẽter utuntur, ut εἶπα, ἔειπα. ἧκα, ἔηκα. ὠσάμην, ἐωσάμην. quæ qdẽ reduplicatio impropria dicitur, quoniã nulla repetitur cõſonãs, ſed ſola uocalis præponitur. Et hæc de reduplicatiõe.

Impropria reduplicatio.

Quod ad ultimam uero ſyllabam, ſciendum eſt, præteritum perfectum actiuum uerborum omnium in, α, deſinere, & à futuro fieri, extrema uocali, ω, ſcilicet in, α, conuerſa, ſed ante eam diuerſam habere conſonantem, ut in coniugationum diuiſione dictum eſt. Si igitur uerbum fuerit primæ coniugationis, futurũ habebit, ψ, ante, ω, & præteritum ante, α, φ, habebit, ut τύψω, τέτυφα. Si uero ſecundæ futurum habebit, ξ, & præteritum, χ, ut λέξω, λέλεχα. Atſi tertiæ, & cuiuſuis aliarum fuerit coniugationum, tam Grauitonorum, q̃ circumflexorum, & terminatorum in, μι, futurum habebit, σ, ante, ω, quo in, κ, conuerſo, &, ω, in, α, fiet præteritum actiuũ, ut πείσω, πέπεικα.

Vltima præteriti.

ψ. φ.
ξ. χ.
σ. κ.

Quædam tamen excipiuntur uerba in, ζω, & in ασω, deſinentia, quæ cum, ξ, habeant in futuro, χ, in præterito habere neceſſe eſt. Iccirco ad ſecundam reducenda ſunt Grauitonorũ coniugationem, ut κράζω, κράξω, κέκραχα. ὀρύσσω, ὀρύξω, ὤρυχα. Verba autem quintæ coniugationis, & ſi actu non habent, σ, in futuro διὰ τὴν κακοφωνίαν, natura tamen illud appetunt, cum ſit propria futuri conſonans. Aeoles enim per, σ, huiuſmodi futurum enuntiare conſueuerunt, quo in, κ, conuerſo, ac immutabili permanente, fit præteritum perfectum, ut ψάλλω, μέλλων ψαλῶ κοινῶς, καὶ ψάλσω αἰολικῶς, παρακείμενος ἔψαλκα, σπείρω, μέλλων σπερῶ κοινῶς, καὶ σπέρσω αἰολικῶς, παρακείμενος ἔσπαρκα. Habentia uero, μ, ſeruant quidem ipſum, μ, in præterito perfecto, ſed interponunt, η, inter, μ, &, κ, ob ineptam conſonantium ſtructuram. Debebat enim eſſe ab eo quod eſt νέμω, νεμῶ, νένμηκα, & ab eo quod eſt βρέμω, βρεμῶ, βέβρμηκα, at νενέμηκα dicimus,

Excepta.

Verba quintæ cõiugat.

Futurum Aeolicum.

& βεβρέμηκα. Nam, μ, ante, κ, neq; in comprehenſione ſyllabarum, neq; in diſtinctione ponitur. Iccirco huiuſmodi uerba aberrauerunt à Grauitonorum regula, & ſecuta ſunt Circumflexorum formam. Et hæc ſunt quæ ab antiquis annotata inuenimus. δέμω, δεδέμηκα, καὶ συγκοπῇ δέδμηκα. νέμω, νενέμηκα. βρέμω, βεβρέμηκα. θέμω, τεθέμηκα. τέμω, καὶ τέμνω, τετέμηκα, καὶ συγκοπῇ τέτμηκα. κάμω, καὶ κάμνω, κεκάμηκα, καὶ συγκοπῇ κέκμηκα. γέμω, γεγέμηκα. Deſinentia uero in, νω, non ſeruant, ν, in præterito actiuo, ſed in, γ, cõuertunt, ſequente, κ. Nam, ν, ante, γ, κ, ξ, χ, ſemper in, γ, uertitur, ut φαίνω, φανῶ, πέφαγκα. μένω tamen μεμένηκα facit, tanquam à Themate circumflexo deductum, hoc eſt μενέω, μενῶ. At diſſyllaba habentia ante, ν, ſiue, ι, ſiue, ει, ſiue, υ, prorſus abiiciunt, ν, in præterito, ut κρίνω, κέκρικα. κτείνω, ἔκτακα. θύνω, τέθυκα. Sed hæc pauca ſunt. Penultimam quoq; habet eandem cum futuro, id quod omnibus quidem uerbis cõmune eſt, ut λέγω, λέξω, λέλεχα. πείθω, πείσω, πέπεικα. quibuſdam exceptis, ut primo. Libri. III. tractatu dictũ eſt. Secunda pſona τέτυφας. Tertia τέτυφε. Δυϊκῶς. τετύφατον, τετύφατον. Πληθ. Prima perſona τετύφαμεν κοινῶς, καὶ τετύφαμες δωρικῶς. ſicut δεδοίκαμες. Θεόκρ. ἐν θύρσιδι. Τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες, pro δεδοίκαμεν. Secunda perſona, τετύφατε. Tertia τετύφασι κοινῶς, καὶ τετύφαντι δωρικῶς, ſicut ἑστήκαντι. Θεόκρ. ἐν ἀδωνιαζούσαις, ὡς ἔτυμ' ἑστήκαντι. καὶ, ὡς ἔτυμ' ἐνδινεῦντι. ἀντὶ τοῦ ἑστήκασι, καὶ ἐνδινοῦσι.

Atten.

ν. ante. γ. κ. ξ. χ. in γ. uertitur

Penultima preteriti.

DE PRAETERITO ATTICO.

Quandocunq; uerbum incipit à mutabilibus uocalibus, uidelicet ab, α, ε, &, ο, aliqua ſequente conſonante, in quam non deſinit prima ſyllaba, ſed quæ potius ſit principium ſecundæ, ut ἀκούω, ἐρείδω, nec à longa incipiat uerbum, ut ᾄδω, Attici faciunt proprium præteritum actiuum, medium, & paſſiuum, principales duas litteras Præſentis præponentes cõmuni præterito, primam ſcilicet uocalem, & ſequentem conſonantem, ac tertiam ſyllabam à principio corripiẽtes, ſi trium ſyllabarum numerũ exceſſerit, ut ἀγείρω, ἤγερκα κοινῶς, καὶ ἀγήγερκα ἀττικῶς, καὶ ἀγήγερμαι præteritum paſſiuum, ἀκούω, ἤκουκα, καὶ μέσος παρακείμενος ἤκουα κοινῶς, καὶ ἀκήκοα ἀττικῶς. Quo in loco illud ſciendum eſt, præteritum actiuum, & paſſiuum Atticum, non poſſe habere pauciores quattuor ſyllabis. Vult enim habere principalem ſyllabam Præſentis temporis, & eam ſemper breuem, quoniam præteritum Atticum nunquam à longa principium

habet,ſed à quapiam trium iam dictarum,α,ſcilicet correpta, ε, &, ο, At ſecundam & tertiam per eandem conſonantẽ geminatam,& cum uocali longa,quæ geminatio ſiue reduplicatio Atticorum eſt propria. *Geminatio Attica* Nam cõmunis reduplicatio,& Ionica,in prima & ſecunda ſyllaba fit, & cum uocali breui ſemp,ut in præterito cõmuni dictum eſt. Quartam uero per formatiuam litteram præteriti perfecti, quam Græci χαρακτηριστικὸν appellant, ut ἐρήρεικα, ἐρήρεισμαι, ἀπὸ τοῦ ἐρίζω. Gaudent enim Attici conſonantium geminatione, etiam in præterito perfecto uerborum à uocali incipientiũ. Vbi cum nulla adſit conſonans, quam in prima & ſecunda ſyllaba geminare poſſint, ſicut in cõmuni Præterito τέτυφα & huiuſmodi,opus fuit ut primam præſentis repeterent uocalem,ac ſequentem conſonantem, quæ ſaltem in ſecunda & tertia geminari poſſet, & omnino cum uocali longa, η, ſcilicet ſiue ω, μέγα, ut ſupra diximus. Iccirco ἐδήδοκα ἀπὸ τοῦ ἔδηκα, quod eſt *ἐδήδοκα.* præteritum actiuum Atticum regulariter formatum ἀπὸ τοῦ ἧκα, cuius Thema eſt ἔδω, aſſumpſit, δο, ſyllabam κατ᾽ ἐπέκτασιν, ut in eo eadem conſonans præſentis, hoc eſt, δ, in ſecunda & tertia ſyllaba repeteretur, & ea quæ à principio tertia facta eſt, corriperetur. Sicque ex triſyllabo tetraſyllabum factum eſt. Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις. τίς τὴν κεφαλὴν ἀπεδήδοκε τῆς μαινίδος. Vnde paſſiuum ἐδήδομαι, ἐδήδοσαι, ἐδήδοται. Ὀδυσ. χ. ὅσσα τοι ἐκπέποται, καὶ ἐδήδοται ἐν μεγάροισι. Ἀγήοχα uero hoc eodem modo formatum, ἀπὸ τοῦ *ἀγήοχα.* ἄγω, ἄξω, ἦχα κοινῶς, καὶ ἄγηχα, καὶ ἀγήγοχα ἀττικῶς, abiecit alterum, γ, διὰ τὴν κακοφωνίαν, & ἀγήοχα factum eſt. Medium uero Præteritum trium ſyllabarum eſſe poteſt. Nam primam ſyllabam eandem *Medium præteritũ.* eſſe oportet cum prima præſentis, ſicut in actiuo & paſſiuo. Secundam uero, & tertiam per eandem conſonantem geminatam enuntiari oportet, quæ quidem conſonans & formatiua littera eſt præſentis temporis, & præteriti medii, ut ἄρω, ἦρκα. καὶ μέσος ἦρα κοινῶς, καὶ ἄρηρα ἀττικῶς, cuius extrema per, ρ, quæ eſt præteriti medii figuratiua enuntiatur, & eadem repetitur in ſecunda & tertia ſyllaba, ſecundũ regulæ præceptionem. Sic ἔδω, ἦκα, καὶ μέσος ἦδα κοινῶς, καὶ ἐδήδα ἀττικῶς. ὄλλω, ὦλα κοινῶς, καὶ ὄλωλα ἀττικῶς. ὄπτω, ὦπα κοινῶς, καὶ ὄπωπα ἀττικῶς. Sunt quædam uerba ab, o, incipientia, quorum præ *Verba ab, o, incipientia* terito communi ſolum, ε, præponere conſueuerunt, ut ὤρακα, ἑώρακα. ὦγα, ἔωγα. unde ἀνέῳγα eius compoſitum. ὦσμαι, ἔωσμαι. ὤνημαι, *ἀνέῳγα* ἐώνημαι. At ἔοικα mediũ præteritum, ἐκ τοῦ οἶκα, cuius thema εἴκω *ἔοικα* ſcilicet, non ab, o, ſed ab, ει, diphthongo principium habet, idẽ patitur.

Hoc idem faciunt in præterito imperfecto, ut ὁρῶ, ὥρων, ἑώρων. ὠνοῦ-
ξυνέηκε μαι, ἐωνούμην. Et in aoriſt. ut ἧκα, ἕηκα, ἕηκας, ἕηκε, unde ξυνέηκε.
προσέειπε εἶπα, ἔειπας, ἔειπε, unde προσέειπε, ὠσάμην, ἐωσάμην, μέσος ἀόριστος. ἀ-
Atten. de πὸ τοῦ ὤθομαι. Sed hæc magis poetica ſunt. In quibus aduertēdum
ſpiritu. eſt, uocales præteritis cōmunibus Atticorum more præpoſitas, Præ-
ſentis ſeruare ſpiritum, ut ἐλεύθω, ἤλευθα, ἐλήλυθα. ἀνδάνω, ἥνδανον,
Regula. ἑήνδανον. ὁρῶ, ἑώρων, ἑώρακα. ὠνῶ, ἑώνηκα, ἑώνημαι. Eſt enim regula;
ὅτι τὰ ἀττικῶς αὐξανόμενα τὸ πνεῦμα τοῦ ἐνεστῶτος φυλάττουσι. hoc eſt,
Attice aucta ſpiritum præſentis ſeruant. Sed quoniam dictum eſt
tertiam ſyllabam corripiendam eſſe, aduertendum eſt quo pacto id
quomō ter- ſit faciendum, quia, η, mutatur in, ε, ut ἀλήθω, ἤληκα κοινῶς, καὶ ἀλήλε-
tia corri- κα ἀττικῶς, ω, in, ο, ut ἐρωτῶ, ἠρώτηκα κοινῶς, ἐρηρότηκα ἀττικῶς.
piatur. Si fuerit diphthongus, ει, uel, ευ, uel, οι, uel, ου, ει, quidem abiicit, ε, ut
ἐρήρεικα ἀλείφω, ἤλειφα, ἀλήλιφα· ἐρήρεικα tamen ἀπὸ τοῦ ἐρείδω, nō abiicit, ε,
& cætera ne coincidat cū hoc prætérito ἐρήρικα, cuius thema eſt ἐρίζω διὰ τοῦ, ι,
quod contēdo ſignificat. hoc idem facit & eius præteritum medium,
ἐρηρέδα- & paſſiuum, ut ἤρειδα, ἐρήρειδα, ἤρεισμαι, ἐρήρεισμαι. ἐρηρέδαται ue-
ται. ro tertia perſona pluralis ἰωνικῶς ἀπὸ τοῦ ἐρήρεισται tertia ſingularis
ἀττικῶς corripit tertiā, non, ε, ſed, ι, abiiciendo, contra regulā iam dictā;
quod factum eſt non Atticorū more, ſed Ionum. ευ, abiicit, ε, ut ἐλεύ-
θω, ἤλευκα, ἐλήλυκα, καὶ μέσος ἐλήλυθα, οι, uero abiicit, ι, ut ἑτοιμάζω,
ἡτοίμακα, ἐτητόμακα. At, ου, abiicit, υ, ut ἀκούω, ἤκουκα, ἀκήκοκα, καὶ μέ-
Dores ſer- σος ἀκήκοα. Interdum uero Dores in huiuſmodi præteritis Atticis ter
uant longā. tiam natura longam ſeruant, ut ὀρῶ, ὀρήσω, ὤρηκα, ὀρώρηκα. ἀλήλιμ-
ἀλήλιμ- μαι etiam quod ab ἤλειμμαι præterito cōmuni fit, cuius thema eſt
μαι. ἀλείφομαι, tertiam habet productam, nō tamen diphthongo; cum ex
ea abiectum ſit, ε, ſed poſitione, quoniam non licuit ullo modo abiice-
re, μ, conſonātem, quæ extremam ſyllabam præcedit, cum ſit de eius
formali eſſentia, quod quidem accidit omnibus paſſiuis præteritis,
ἀλάλη- quæ ante, μαι, finalem aliquam habent conſonantem. ἀλάλημαι uero
μαι. & ἀκήχημαι Aeolica ſunt, & præſentis tēporis uerborū in, μι, ut eorū
ἀκήχη- teſtantur participia, hoc eſt, ἀλαλήμενος, & ἀκηχήμενος, quæ accentum
μαι. habent in antepenultima, ſicut τιθέμενος ἀπὸ τοῦ τίθεμαι. ἀλαλύκτη-
ἀλαλύκ- μαι etiam, ut quibuſdā placet, præſentis temporis eſt. Sed de his in
τημαι. tractatu uerborū in, μι, plenius dicetur. Sciendum eſt etiam quando
Verba inci- præſens incipit à, λ, ſiue, μ, Atticos abiicientes primū, λ, ſiue primū, μ,
pientiā ab & interponētes, ι, facere ꝓprium præteritū, ut λείβω, λέλειφα κοινῶς,
λ, σ, μ. καὶ εἴλειφα ἀττικῶς. μείρομαι, μέμαρμαι κοινῶς, καὶ εἴμαρμαι ἀττικῶς.

Ὑπερσυντελικός.

Ἐτετύφειν, fit à τέτυφα præterito perfecto, extrema in, ειν, mutata, ſicut in primo tractatu dictum eſt. Sed hoc in loco illud annotãdum eſt, quod quemadmodum Attici faciunt proprium præteritum perfectum actiuum, medium & paſſiuum, quandocunq; uerba incipiunt ab aliqua mutabilium uocalium, hoc eſt, α, ε, & ο, eodẽ modo faciunt & præteritum pluſquam perfectum eorundem uerborum, augentes inſuper principalem uocalem, quæ ſemper in præteritoperfecto Attico corripitur. quoniam regula eſt, ꝙ uerba à breui uocali incipientia, in Præterito pluſquamperfecto Attico tẽpore augentur. ut ἀγήοχα, ἠγηόχειν. ὀρώρυχα, ὠρωρύχειν. ἀκήκοα, ἠκηκόειν. Excipiuntur ἐλήλυθα, καὶ μέσος ἐλήλυθα, ꝙ ἐληλύκειν, & ἐληλύθειν facit abſq; augmento. Excipitur etiam ἑώλπειν, ἀπὸ τοῦ ἔολπα. & ἑώργειν, ἀπὸ τοῦ ἔοργα. & ἐῴκειν, ἀπὸ τοῦ ἔοικα, διὰ τὴν τοῦ, ο, μικροῦ εἰς, ω, μέγα, καὶ τοῦ, ι, ὑπογεγραμμένου. quorum prima corripitur, media uero producitur καθ' ὑπερβιβασμὸν τοῦ χρόνου, hoc eſt per tranſitionem temporis. Nam ἠόλπειν & ἠόργειν, & ἠοίκειν dicendum fuerat ſecundum antiquorum præceptionem. Hoc etiã aduertendum eſt, Iones diſſoluentes, ει, diphthongum primæ perſonæ in, εα, & abiicientes, ν, ἐτετύφεα dicere, ἀπὸ τοῦ ἐτετύφειν: & ᾔδεα, ἀπὸ τοῦ ᾔδειν. Ἰλιάδ. ξ. ᾔδεα μὲν γὰρ ὅτε πρόφρων Δαναοῖσιν ἄμυνον & ἐπεποίθεα, ἀπὸ τοῦ ἐπεποίθειν. Ὀδυσσείας. δ. Τρεῖς ἄγον, οἷσι μάλιστα πεποίθεα πάσαν ἐπ' ἰθύν. At in tertia perſona diſſoluentes, ει, in duo, εε, ἐτετύφεε dicunt, ἀπὸ τοῦ ἐτετύφει. & ἐπεποίθεε, ἀπὸ τοῦ ἐπεποίθει, & ᾔδεε, ἀπὸ τοῦ ᾔδει. Ἰλιάδος β. ᾔδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο. & Ἰλιάδος σ. οὐδέ τις ἄλλος ᾔδεεν, οὔτε θεῶν, οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων. Cum autem abiicitur, ν, in prima perſona, hæc aſſignatur ratio. Nã, α, ἀπαστικὸν, ἢ ἀποβλητικόν ἐστι τοῦ, ν, hoc eſt abiectiuum, niſi dictio ex declinatione in, ν, deſinat, ut ἡ μοῦσα, τὴν μοῦσαν. ἔτυψα, ἔτυψαν, tertia pſona pluralis primi Aoriſti. Sed de his quæ patiũtur, & ubi nulla ratio inflexiõis in, ν, cogit deſinere, omnino illud abiicit, ut ξέρξην, ξέρξεα ſolutione, η, in, εα, ſic ἐτετάφειν, ἐτετύφεα. Diſſoluunt quidem, ει, diphthongum in, εα, in prima perſona, cum, α, ſit formatiua littera primæ perſonæ, ut τέτυφα, ἔτυψα. At in tertia perſona in duo, εε, quoniam, ε, eſt formatiua littera tertiæ perſonæ, ut ἔτυπτε, τέτυφε, ἔτυψε. Loquor de integris dictionibus. nam ἐβόα ex ſynæreſi eſt ἀπὸ τοῦ ἐβόαε. Attici uero contrahentes, ε, & α in, η, in prima perſona, & duo, εε, etiam in, η, in tertia, dicunt ἐτετύφη ἐγώ, & ἐτετύφη ἐκεῖνος. ἀντὶ τοῦ ἐτετύφειν ἐγώ, & ἐτετύφει ἐκεῖνος.

Attici Atten. Regulam. ἐληλύκειν ἑώλπειν ἑώργειν ἐῴκειν *Iones.* ἐτετύφεα ἐπεποίθεα ἐπεποίθεε *Quare, ν, abiiciatur.* ξέρξεα *De tertia perſona.* ἐτετύφη ἐγώ

ſicut ἐκεχήνη ἐγὼ, & ἐκεχήνη ἐκεῖνος. ὡς παρ' Ἀριστοφάνει ἐν ἀχαρνεῦσι. ὅτε δὴ κεχήνη προσδοκῶν τὸν αἰσχύλον. ἀντὶ τοῦ ἐκεχήνειν ἐγὼ προσδοκῶν. Sic ᾔδη ἐγὼ καὶ ᾔδη ἐκεῖνος. Ἰλιάδ. α. ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσ-
Atten. σόμενα. ἀντὶ τοῦ ᾔδει tertia pſona. In quibus nulla uidetur ratio, cur extremæ ſyllabæ, tã primæ q̃ tertiæ, ι, ſit ſubſcribendũ, etſi in quibuſdam codicibus inueniatur, quod ſcriptorum errore arbitror potius accidiſſe, q̃ ulla ratione. Euſtathius tamen ἐν τῷ, ψ, τῆς ὀδυσσείας ſuper his diſſerens tradit. ᾔδεα fieri ἐκ τοῦ ᾔδη ἀττικῶς, non autem ἐκ τοῦ ᾔδειν κοινῶς, cuius uerba hæc ſunt. Non ſimpliciter ex iis quæ ſunt ᾔδειν, & ἐπεποιήκειν, & ſimilia, per ſolutionem ᾔδεα, & ἐπεποιήκεα facta eſſe, ſed ex Atticis, hoc eſt ᾔδη & ἐπεποιήκη, quæ ab eis uidelicet ᾔδειν, & ἐπεποιήκειν facta ſunt. Tradit enim Heraclides Atticos talia præterita pluſquãperfecta in, η, ſolo terminare dicentes ᾔδη, ἐπεποιήκη, ἐνενοήκη. Et ſic ait Panætius ſcripturas habere apud Platonem, & Thucidides huiuſmodi conſuetudine Attica uſus eſt, & has diuiſiões ex his dicit Iones proprie proferre ᾔδεα dicentes, reſolutione, η, in, εα, hæc Euſtathius. Sed utcunq; accipere uoluerimus, ſiue ex ſolutione craſim fieri ᾔδεα, ᾔδη, ſiue ex craſi ſolutionem ᾔδη, ᾔδεα, apparet, ι, nullo modo extremæ ſyllabæ ſubſcribendum eſſe. At in prima ſyllaba huius præteriti ᾔδη ſubſcribitur, ι, Atticorum more, qui, ε, præteritorum in, η, mutare conſueuerunt, ſiue ſolum, ſiue in diphthongo, ut ἐδυνάμην, ἠδυνάμην. ἐβουλόμην, ἠβουλόμην. ſic εἴδειν, ᾔδειν, ἀπὸ τοῦ, ε, εἰς, η, καὶ τοῦ, ι, ὑπογεγραμμένου, ὅθεν ᾔδη. Dores etiam has tertias perſonas per, η, enuntiare conſueuerunt. Θεόκριτος ἐν νομεῦσι.
ὀπώπη. καὶ πόκα τῆνος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπη. ἀντὶ τοῦ ὀπώπει. Secunda perſona ἐτετύφεις. Tertia ἐτετύφει κοινῶς, καὶ ἐτετύφη ἀττικῶς καὶ δωρικῶς, καὶ ἐτετύφεε ἰωνικῶς. Δυϊκά. ἐτετύφειτον, ἐτετυφείτην. Πλη. ἐτετύφειμεν κοινῶς, καὶ ἐτετύφειμες δωρικῶς. ἐτετύφειτε. ἐτετύφεισαν κοινῶς, καὶ ἐτετύφεσαν ἀττικῶς καὶ δωρικῶς, ὡς ᾔδεσαν.

Ἀόριστος πρῶτος.

Ἔτυψα, à futuro fit, ω, in, α, mutato, ac, ε, communi augmento ſyllabico præpoſito, ſeruata etiam eiuſdem futuri conſonante ante, α, finalem, ut τύπτω, τύψω, ἔτυψα. Excipiuntur εἶπα, ἀπὸ τοῦ ἔπω. &
εἶπα ἤνεγκα & alia. ἤνεγκα, ἀπὸ τοῦ ἐνέγκω. quoniam non ſeruant futuri conſonantes. Nam enuntiandi fuerant, alter per, ψ, ut ἔψω, εἶψα. alter uero per, ξ, ut ἐνέγξω, ἤνεγξα. Excipiuntur & ἔθηκα, ἀπὸ τοῦ τίθημι & ἔδωκα, ἀπὸ τοῦ δίδωμι. & ἧκα, ἀπὸ τοῦ ἵημι, quod mitto ſignificat. qui qui-

deni Aoriſti tam & ſi enuntiandi fuerant per conſonantem ſuorum Futurorum hoc eſt, σ, ut ἔθησα, ἔδωσα, ἧσα. In uſu tamen habentur per κ, nec uariantur niſi in indicatiuo, ab εἶπα tamen fit εἶπον εἰπάτω, τὸ προσακτικόν, ſicut ab ἔτυψα, τύψον, τυψάτω. ὀδυσσείας γ. οἱ δ᾽ ἄλλοι μένετ᾽ αὐτοῦ ἀολλέες, εἴπατε δ᾽ εἴσω δμωῇσι. καὶ Ἡσίοδος ἐν θεογονίᾳ, Εἴπατε δ᾽ ὡς τὰ πρῶτα θεοί, καὶ γαῖα γένοντο. Et εἶπας, εἴπαντος, καὶ εἰπάμην μέσος ἀόριστος α. unde ἀπειπάμην, ἀπείπατο. Καλλίμαχος, Οὐδὲ γὰρ ἱππῶν Ἀπολλωνεὶ περὶ βωμὸν ἀπείπατο κυκλώσασθαι. Ab ἤνεγκα uero ἠνεγκάμην μέσος ἀόριστος α. unde ἔνεγκαι ἐνεγκάσθω, τὸ προσακτικόν. quod his quidem duobus Aoriſtis euenit; quia, π, &, κ, & ſi mutæ ſint, ſunt tamen dimidium conſonantium eorum futurorum, hoc eſt, ψ, &, ξ, nam, ψ, uim habet, π, &, σ, ξ, uero, κ, &, σ, Herodianus enim dicit, ὅτι οἱ φυλάξαντες, καὶ ἥμισυ τοῦ στοιχείου ἐκλίθησαν. εἶπα γὰρ ὤφειλον εἶναι εἶψα. καὶ ἤνεγκα, ὤφειλον εἶναι ἤνεγξα. Hoc idē patitur & ἤνεικα. ὁ ἀόριστος α. ἀπὸ τοῦ ἐνείκω. ὀδυσ. δ. Δῶρα, τὰ οἱ φοίνικες ἀμύμονες ἐνθάδ᾽ ἔνεικαν. καὶ τὸ προσακτικὸν ἐνεικάτω. ὀδυσσείας δ. Καὶ χρυσοῖο τάλαντον ἐνείκατε τιμήεντος.

Vbi aduertendum prius eſſe ἐνέκω, deinde ἐνείκω, πλεονασμῷ τοῦ, ι, quo in, ν, uerſo ſicut αἰεὶ αἰὲν. ν, uero in, γ, ſequente κ, fit ἐνέκω. Atten.
Excipiuntur etiam ἔχευα, & ἔχεα, ἀπὸ τοῦ χεύω. & ἔκηα, ἀπὸ τοῦ καίω. & ἔσσευα, ἀπὸ τοῦ σεύω. & ἤλευα, ἀπὸ τοῦ ἀλεύω. qui cum omnino futuri conſonantes reſpuant, pure enuntiantur. Penultimam uero Penultima. eandem habet cum futuro, & uniuerſaliter natura aut poſitione productam, ut ἀκούω, ἤκουσα. τύπτω, ἔτυψα. Aliquando uero natura & poſitione, ut ἤμειψα. Sed de his Libro. III. ſatis dictum eſt. Secunda perſona ἔτυψας. Tertia ἔτυψε. Δυϊκά. ἐτύψατον, ἐτυψάτην. Πληθυν. ἐτύψαμεν κοινῶς, καὶ ἐτύψαμες δωρικῶς. ἐτύψατε, ἔτυψαν, à genitiuo ſui participii fit, cum non ſit ὀξύτονον, abiecta τος, ſyllaba, ut τύψας, τύψαντος, ἔτυψαν.

Ἀόριστος β.

Secundus Aoriſtus actiuorum à priori fit, mutata finali in, ον, breuem, & figuratiua poſita ante, ον, loco eius litteræ, quæ finalem præcedit in primo Aoriſto, & eſt parium ſyllabarum cum primo, ſi ſit à Grauitono Themate, ut τύπτω, ἔτυψα, ἔτυπον. Si autem à circumflexo, minuitur una ſyllaba, ut δουπέω, δουπήσω, ἐδούπησα, ἔδουπον. Quia quandocunqꝫ futurum primum ſuperat præſens circumflexum, tunc medium præteritum minuitur una ſyllaba ab actiuo, Regula. ſecūdus Aoriſtus à prio, ut κτυπῶ, μέλλων κτυπήσω. παρακείμενος ἐκ

τετύπηκα. μέσος. ἔκτυπα. ἀόριστος πρῶτος ἐκτύπησα. δεύτερος ἔκτυπον.
Futurum uero ſecundum in uerbis circumflexis in uſu non eſt.
Quæ quidem tempora, hoc eſt medium præteritum, & ſecundus
Aoriſtus, in prima & ſecunda coniugatione circumflexorum raro in-
ueniuntur. In tertia uero nunquam, & ab his uerbis ſolum fiunt, quæ
in, ω, non purum deſinunt, ut δουπῶ, ὀλισθῶ. Sed de hoc in præteri-
to medio latius tractatur. Quando uero futurum pares habet ſylla-
bas cum præſenti, tunc medium præteritum parium eſt ſyllabarum
cum actiuo, & ſecundus Aoriſtus cum primo, & ſecundum futurum
cum primo, ut τύπτω. μέλλων τύψω. παρακείμενος τέτυφα. μέσος τέτυ-
πα. ἀόριστος πρῶτος ἔτυψα. δεύτερος ἔτυπον, μέλλων α. τύψω. μέλλων
De penultima. δεύτερος τυπῶ. Corripit autē penultimā à Themate Grauitono exi-
ſtens ſecundus Aoriſtus, ut λήθω, ἔλαθον. πανύω, ἔπαον. Oportet
autem illum polyſyllabum eſſe, alioqui hoc non eſſet uniuerſale.
Εἶδον enim, & εἶλον, & εἶκον. & εἷλκον, & ἦλθον, & εἶπον, & ἦγον, unde
ἤγαγον, longā habent penultimā ratione principalis, hoc eſt primæ
ſyllabæ. Nam diſſyllabi exiſtentes, eandem habent & primam & pe-
ἔσχον, nultimam. At ἔσχον, παρενθέσει τοῦ, σ, producit penultimam, ἀπὸ
τοῦ ἔχω θέματος, ſecundum aliquos. Sed melius ἀπὸ τοῦ σχέω, σχῶ,
σχήσω, ἔσχησα, ἔσχον. Qui quidem aoriſtus, etſi eius Thema circum-
flexum monoſyllabum ſit, formari tamen potuit, quod medio præte-
rito non euenit. unde σχών, σχόντος eius participium, Ὀδυσ. α.
Ἄγχι σχὼν κεφαλήν, ἵνα μὴ πευθοίαθ᾽ οἱ ἄλλοι. & σχὲ τὸ προστακτικόν,
καὶ σχές, προσθέσει τοῦ, σ, καὶ μέσος σχοῦ, σχέσθω. unde παράσχου κύ-
ριε. ἴδον uero ratione penultimæ corripitur, & poeticum eſt. Quædā
Excepta. tamen polyſyllaba poſitiōe penultimā ꝑducūt, quorū Thema quāpiā
mutā habet in ultima, & ante mutā, ρ, immutabilē, ut πέρθω, ἔπρα-
θον. δέρκω, ἔδρακον. μάρπτω, ἔμαρπον. ἔπραθον uero & ἔδρακον Poe-
ἄπραθον ἔδρακον. tica ſunt κατὰ μετάθεσιν. His adiūgitur ἤνεγκον, licet, ρ, nō habeat ante
mutā, & ἔτεφνον. ἔπληγον etiā, quod penultimā habet ꝑductā differē-
ἔπληγον ἔπλαγον. tiæ cauſa. ἔπληγον enim ad corpus refertur, ἔπλαγον uero ad animā.
In circūflexis autē uerbis corripit penultimā ſecundus aoriſtus, quādo
tunc Thema ſolā conſonantē habet ante, ω, finalē, ut κτυπῶ, ἔκτυπον.
πτοῶ, ἔπτοον. Excipiūtur δουπῶ, ἔδουπον. βορῶ, ἔβορον. Quādo autē The-
ma duas habet conſonātes, penultima poſitiōe ꝑducitur, ut χραισμῶ,
ἔχραισμον. ὀλισθῶ, ὤλισθον. βλαστῶ, ἔβλαστον. ἀλαλκῶ, ἤλαλκον. ἀμαρ-
ἤμαρτον. τῶ, ἤμαρτον. ἤμβροτον uero mutatiōe, α, in, ο, & tranſpoſitione, ρ, & inter-
poſitione, β, inter, μ, &, ρ, cum nullo modo cohærere poſſint in eadem

dictione, corripit penultimam. Quando autem corripitur penultima ſecundi Aoriſti, & quæ in quas mutentur, libro. III. ſatis dictum eſt.

Sed aduertendū eſt, uerba in, ω, purum deſinentia, ſi in penultima habuerint aut, ευ, aut, ου, nequaquā formare poſſe, neq; medium præteritum, neq; ſecundum Aoriſtum, præter ἀκούω, cuius medium præteritum eſt ἤκουα κοινῶς, καὶ ἀκήκοα ἀττικῶς. Secūdus Aoriſtus ἤκουον, ut qbuſdā placet. Videtur tamē nō poſſe recte formari huiuſmodi Aoriſtus ἤκουον, quibuſdā regulis inter ſe pugnātibus, quæ huiuſmodi ſunt. *Verba in. ω purum.*

Τὰ εἰς, ω, λήγοντα ῥήματα, τῇ, ευ, ή, ου, διφθόγγῳ παραληγόμενα, μέσον παρακείμενον οὐ ποιεῖ. οἷον βασιλεύω, ἱππεύω, δουλεύω, κρούω. πλὴν τοῦ ἀκούω, ὅθεν μέσος παρακείμενος ἤκουα, καὶ ἀττικῶς ἀκήκοα. καὶ πῶς μέσου παρακειμένου ὄντος ὁ δεύτερος ἀόριστος οὐκ ἔστιν; ἐπειδὴ ὁ δεύτερος ἀόριστος πρὸ τοῦ, ον, ἔχει τὸ σύμφωνον τοῦ μέσου παρακειμένου. τοῦ δὲ μέσου παρακειμένου μὴ ἔχοντος, ἀλλὰ καθαρεύοντος, ἀπέλειπεν ὁ δεύτερος ἀόριστος. καὶ ἐπειδὴ ὁ δεύτερος ἀόριστος ἀεὶ βραχεῖα παραλήγεται, καὶ εἰ ἐγένετο, ἤκουον ὤφειλον εἶναι μακρὸν, ὡς ἤκουα, ὅπερ ἄτοπον. id eſt, Verba, in, ω, deſinētia, per, ευ, diphthongum aut, ου, penultimam habentia, præteritum medium non faciunt, ut βασιλεύω, ἱππεύω, δουλεύω, κρούω. præter ἀκούω, unde præteritum mediū ἤκουα, & Attice ἀκήκοα. Et quomodo exiſtente præterito medio, ſecundus Aoriſtus nō extat? quoniam ſecundus Aoriſtus medii præteriti conſonantem ante, ον, habet. Medio autem præterito non habente, ſed pure prolato, ſecundus deeſt Aoriſtus. Etiam quia ſecundus Aoriſtus penultimam ſemp corripit, etſi fieret ἤκουον, eadem producta eſſe deberet ſicut ἤκουα, quod abſurdum eſt. Inuenitur tamen ἔπαον ἀόριστος β. unde ἐπαύω, *ἔπαον.* καὶ ἀναπαύω, ἀόριστος β. ποιητικῶς ἐν συνηθείᾳ. id eſt, in uſu. Cuius præteritum medium, hoc eſt πέπαυκα, ἐκ τοῦ παύω abſq; conſonante pure profertur, per, αυ, ſcilicet diphthongum, qua ſoluta, ſecundus Aoriſtus, α, ſolum ad miſit. Secunda perſona à prima ſingulari fit, ον, in, ες, mutata, ἔτυπον, ἔτυπες. Tertia ἔτυπε, & alia quæ præteriti imperfecti formationem omnino ſequuntur.

Μέλλων. α.

Τύψω, à τύπτω præſenti fit, idem habens principium quod quidē non omnibus accidit uerbis. Nam θρέψω & θρέξω per, θ, ſcribuntur, & ſi illorum Themata, τ, habeant antiſtœchum eius, ut τρέφω, & τρέχω. Sciendum tamen hæc quoq; per, θ, ſcribenda fuiſſe, θρέφω, & θρέχω, ſed quia regula eſt, ὅτι οὐδέποτε δισύλλαβος λέξις θέλει εἶναι ἐν χύσει, τῆς προτέρας συλλαβῆς ἀρχομένης ἀπὸ δασέος, καὶ τῆς δευτέρας *Præceptia.*

ἀπὸ δασέως. id eſt, ꝙ nulla dictio diſyllaba ſit in uſu, cuius prior ſylla ba incipiat à craſſa, altera quoq; à craſſa principium habeat, propterea cautum eſt, ut prior craſſa in præſenti in propriam tenuem mutata ſit, ſed in futuro ſeruata, quamuis, ρ, ſequatur, quod craſſum ſpiritum uidetur habere. Sed de eo regula eſt, ut cum craſſis craſſum ſit, cum

ἕξω cum Daſea. tenuibus tenue. Excipitur etiam ἕξω, ἀπὸ τοῦ ἔχω, quod aſpiratur ad differentiam ἔξω aduerbii loci, ſecundũ aliquos. At Euſtathius ἐν τῷ, ι, ὀδυσσείας, eadem utitur ratione in hoc uerbo ἔχω, qua uſi ſumus in θέφω. & θέχω, quod Heraclidæ auctoritate confirmat dicens, φησὶ γὰρ ὁ βαθὺς Ἡρακλείδης, ἐν τῷ ἔχω δασὺ ἦν τὸ ε, ἐψιλώθη δὲ διὰ τὴν ἐπιφορὰν τοῦ, χ, διὸ ἐδασύνθη ὁ ἕξω μέλλων, διδάσκων ἀπὸ τῶν αὐτῶν τοῖς ἐνεστῶσι πνευμάτων ἄρχεσθαι τοὺς μέλλοντας, hoc eſt, Dicit enim profundus Heraclides, in ἔχω aſpiratum erat, ε, ſed tenue factum fuit ob illationem, χ, iccirco aſpiratum eſt ἕξω futurum, docens ab eiſdem ſpiritibus cum præſentibus incipere futura. Ante, ω, ψ, habet futurum, cum primæ ſit coniugationis Grauitonorum, in quo eſt, σ, poteſtate.

Quoniam omne futurum cuiuſuis coniugationis hanc appetit conſonantem, & eam uel actu, uel poteſtate habet, ut λέγω, λέξω, πείθω, πείσω. φράζω, φράσω. ἀκούω, ἀκούσω. Excipiuntur uerba quintæ coniugationis, quorum futurum in, ω, deſinens circumflexum, per eandem immutabilem præſentis enuntiatur, ut ψάλλω. μέλλων ψαλῶ, νέμω,

Aeoles futuro quintæ σ, addunt. νεμῶ. φαίνω, φανῶ. σπείρω, σπερῶ. Aeoles tamen conſueuerunt & cum, σ, & Accentu acuto in penultima, hoc idem futurum proferre, ut ψάλσω, σπέρσω, ὄρσω ἀπὸ τοῦ ὀρῶ. igitur μενῶ, μένσω, & κρινῶ, κρίνσω. Sed cõmuniter in uſu non ſunt, ob difficilem enuntiationẽ. Multa

Dores circũflectunt. tamen huiuſmodi futura apud Poetas inueniuntur. Dores uero futurum quoq; tam actiuum, ꝙ medium, uerborum aliarum coniugationum circumflectunt, non ſolum Grauitonorum, uerumetiam circumflexorum & terminatorum in, μι, ut τυψῶ, πλεξῶ. πεσοῦμαι, ἐσσοῦμαι. unde πεσεῦμαι, ἐσσεῦμαι, τροπῇ τῆς, ου, εἰς, ευ, ὡς ἀλῶ, ἀλοῦμαι, ἀλεῦμαι, κατ' ἀναλογίαν. At in ſubiunctiuo modo, hæc eadem accentu graui enuntiant, ut ἐὰν τύψω, ἐὰν πλέξω. Vbi aduertendum eſt,

Atten. Dorum eſſe, ου in, ω, uertere. Dores uertere, ου, diphthongum aliquando in, ω, & hoc in nominibus, cum diphthongus non ſit ex ſynæreſi, ut μοῦσα, μῶσα, βουκόλος, βωκόλος. Aliquando autem in, οι, quod participiis fœmininis Grauitonorum præſentis temporis euenit, ut τύπτουσα, τύπτοισα. γελάουσα,

ου. in. οι. γελάοισα. Nonnunquam uero in, ευ, cum ex ſynæreſi ſit diphthon-

ου. in. ευ. gus, ut δημοσθένεος, δημοσθένους. δημοσθένευς. ποιέουσα, ποιοῦσα, ποιεῦσα.

Eodem modo & in uerbis circumflexis, ut ὀρχέονται, ὀρχοῦνται, ὀρχεῦνται. & in mediis futuris Indicatiui modi, ut κείσομαι, κεισοῦμαι, κεισεῦμαι. ἄσομαι, ἀσοῦμαι, ἀσεῦμαι, & alia. Nec me fugit quoſdam eſſe, qui aſſerant, hæc eadem etiam in modo ſubiunctiuo circumflecti, & per, ει, diphthongum ſcribi, adducentes illud Theocriti, μή μευ λωβασεῖσθε τὰς ἀμπέλος. Sic enim illi legunt, quibus nequaquam adhæreo, cum præſertim in pluribus uetuſtiſſimis codicibus λωβάσησθε προπαροξυτόνως ſcriptum inuenerim. ἀπὸ τοῦ ἐὰν λωβήσωμαι, τροπῇ τοῦ, η, εἰς, α, λωβάσωμαι, λωβάσῃ, λωβάσηται. quod & in antiquis Theocriti commentariis ſuper illud. Αὖθις ὅπως στάσῃ Διομήδεος ἄστον ἰοῖσα. ſic legimus. τὸ δὲ στάσῃ τινὲς περισπῶσιν. ἀλλ' ἁμαρτάνουσι. τὰ γὰρ ὑποτακτικὰ τῶν ῥημάτων ὁμοίως ἡμῖν προφέρουσι. ἐὰν στάσωμαι, στάσῃ, στάσηται, ἀπὸ τοῦ ἐὰν στήσωμαι. τροπῇ τοῦ, η, εἰς, α, δωρικῶς, καὶ τὰ ὅμοια.

Locus theocriti emendatus.

Attici quoque in uerbis terminatis in, ζω, Grauitonis polyſyllabis, ι, natura breue habentibus, abiecto, σ, circumflexum faciunt futurum, tam actiuum quàm medium, ut νομίζω, μέλλων νομίσω κοινῶς, καὶ νομιῶ ἀττικῶς. βαδίζομαι. μέλλων, βαδίσομαι κοινῶς, καὶ βαδιοῦμαι ἀττικῶς.

Verba ἴζω Attici.

Penultimam etiã habet futurum æqualẽ tempore cum præſenti, aut maiorem, nunquam uero minorem. Excipitur πνίγω, πνίξω. & ἐρύκω, ἐρύξω. & ψύχω, ψύξω. quorum penultima præſentis eſt natura longa, futuri uero poſitione tantum. Excipiuntur uerba quintæ coniugationis, quæ penultimam futuri corripiunt, cum aut alteram immutabilem abiiciant, ut ψάλλω, ψαλῶ. δέμνω, δεμῶ. aut, ι, diphthongi, ut χαίνω, χανῶ. κείρω, κερῶ. Sunt & quæ contrarium patiuntur, ut πλέω, πλεύσω. ῥέω, ῥεύσω. πνέω, πνεύσω. quorum futurum aſſumit, υ, ab antiquis poſitionibus, hoc eſt πλεύω, ῥεύω, πνεύω. Etiam annotantur καίω, καύσω. & κλαίω, κλαύσω, quorum penultima præſentis eſt, αι, diphthongus, futuri uero, αυ. Quo in loco ſciendum eſt, καύσω, καὶ κλαύσω Aeolica eſſe. καύω enim & κλαύω Aeoles dicunt, non tamen in omnibus hoc faciunt, ſed in his tantum, in quibus inuenerint aliquid Atticos detraxiſſe, quemadmodum ἀπὸ τοῦ καίω, κάω, & κλαίω, κλάω, dixerunt ſubtracto, ι. Hæc igitur Aeoles καύω dicunt. & κλαύω, πλεονασμῷ τοῦ, υ, futurum uero καύσω, & κλαύσω. Hoc autem in δαίω, & παίω non faciunt, cum apud Atticos nec δάω, nec πάω inuenerint. Sciendum eſt etiam omnia Futura pares habere ſyllabas cum præſentibus ſuis, non plures, neque pauciores, ut τύπτω, μέλλων τύψω. ἀκούω, ἀκούσω.

De penultima.

Aeoles Atticis contrarii.

Et ſi qua inueniantur quæ uidentur habere plures ſyllabas, aut pauciores quibuſdam ſuis præſentibus, aduertendum eſt, quia ea non ſunt eorum futura, ſed aliorum, ut ϑελήσω, μελήσω, ὀφειλήσω, βουλήσω. & alia huiuſmodi, quæ uidentur eſſe futura eorum, quæ ſunt ϑέλω, μέλω, ὀφείλω, βούλω per unum, λ, ſed non ſunt, uerum illorum quæ ſunt ϑελέω, μελέω, ὀφειλέω, βουλέω. unde ϑελῶ, μελῶ, ὀφειλῶ,

Attici ex circūflexis Grauitona fecerunt.

βουλῶ, circumflexa, quæ Attici Grauitona fecerunt, ϑέλω, μέλω, &c. ποιήσω quoq; & βοήσω, & χρυσώσω, & alia huiuſmodi, non ſunt à circumflexis ποιῶ, βοῶ, χρυσῶ, ſed ab eorum perfectis, quæ ſunt triſyllaba, ποιέω, βοάω, χρυσόω. Sic etiam τυπτήσω apud Ariſtophanem ἐν

τυπτέω.

νεφέλαις. τὴν μητέρ᾽ ὥσπερ, καί σε τυπτήσω. ἀπὸ τοῦ τυπτέω. ῶ. θήσω quoq; & στήσω, & δώσω pauciores uidentur habere ſyllabas præſentibus ſuis, ſed non habent, quia non exiſtunt ab eis quæ ſunt, τίθημι, ἵστημι, δίδωμι, quæ annumerata reduplicatione triſyllaba ſunt, ſed à primitiuis horum, θέω ſcilicet, & στάω, & δόω, ut ſuo loco planius oſtẽdetur. αὔξω quoq;, & ἀλέξω, & ἕψω Attica ſunt Themata, & Grauitona, quæ quidem ſecundum regulam communem circumflectuntur.

Verba in ψω, & ξω.

Nam uerba in, ψω, & in, ξω, deſinentia circumflectuntur, ut δεψῶ, γιψῶ, κενοδοξῶ, φιλοδοξῶ. αὐξῶ, ἀλεξῶ. ἑψῶ. αὔξω uero & ἀλέξω, & ἕψω Atticorum more ex circumflexis Grauitona facta ſunt. Futura tamẽ fiunt non ab Atticis Grauitonis, ſed ab his quæ ſynæreſim patiuntur ut αὐξέω. ῶ. αὐξήσω. ἀλεξέω. ῶ ἀλεξήσω. ἑψέω. ῶ. ἑψήσω. Conſonantes atem futuri hæ ſunt, ψ. ξ. σ. λ. μ. ν. ρ.

Nota de futuro.

SOlet autem quæri, cur in prima coniugatione futurum habeat, ψ, in ſecunda, ξ, in tertia, σ, in quarta indifferens ſit, in quinta immutabiles, & in ſexta etiam, σ, Dicendum, præſens ꝓportioné habere ad Genitiuum nominum, futurū uero ad nominatiuum. Ná cum no-

Quando genitiuus per ψ.

minatiuus enuntiatur p, ψ, Genitiuus declinatur aut p, β, aut p, π, aut p, φ, ut ἄραψ, ἄραβος. κύκλωψ, κύκλωπος, κίνυψ, κίνυφος. Sic in prima coniugatione præſens, cum ꝓportioné habeat ad genitiuum, effertur aut per, β, aut per, π, aut per, φ, aut per, πτ, ut λείβω, τέρπω, γράφω, τύπτω. Futurum uero per, ψ, cum ſit nominatiuo proportionatum, λείψω, τέρψω, γράψω, τύψω. Nam ψ, poteſtate complectitur, β, φ, & σ.

Quando genitiuus p. ξ

Rurſus, quandocunq; nominatiuus effertur per, ξ, tunc genitiuus per, γ, aut, κ, aut, χ, aut, κτ, declinatur. τέττιξ, τέττιγος. φοίνιξ, φοίνικος. ὄνυξ, ὄνυχος. ἄναξ, ἄνακτος. Huius gratia, quandocūq; præſens p, γ, uel κ, uel, χ, uel, κτ, enuntiatur, futurū p, ξ, effertur, ut λέγω, λέξω. πλέκω, πλέξω. βρέχω, βρέξω. τίκτω, τέξω. ξ. enim uirtute cõprehẽdit. γ. κ. χ. & σ.

Etiam

Etiam quandocunq; nominatiuus per, σ, effertur, & imparibus ſyllabis declinatur, tunc genitiuus per, δ, aut, θ, aut, τ, aut per, ος, purum enuntiatur, ut πτέρις, πτέριδος. ὄρνις, ὄρνιθος. λάχης, λάχητος. βότρυς, βότρυος. Huius gratia quoties præſens, δ, aut, θ, aut, τ, aut, ω, purum habet, ſicut in ſexta coniugatione, tunc futurum per. σ. effertur, ut ᾄδω, ᾄσω. πείθω, πείσω. πέτω, πέσω. ἀκούω, ἀκούσω. Imparibus ſyllabis dictum eſt, propter κοχλίας, κοχλίου, & καλός, καλοῦ. In his enim & ſimilibus nominatiuus effertur per, σ, At genitiuus neq; p, δ, neq; p, θ, neq; per, τ, neq; per, ος, purum enuntiatur, quoniā non imparibus ſyllabis, ſed paribus declinatur. In quarta uero coniugatione futurum nunc, σ, habet, nunc, ξ, ſed de hoc ſatis dictum eſt ſupra. At in quinta, quæ ex quattuor cōſtat immutabilibus, eadē eſt ꝓportio futuri ad nominatiuū, quæ eſt præſentis ad genitiuū, quoniā ubiq; eædē ſeruātur immutabiles, ut μέμνων, μέμνονος, ἥτορ, ἥτορος. Sic & μένω, μενῶ. σπείρω, σπερῶ. quam ob rē ἀμετάβολα, hoc eſt, immutabiles appellatæ ſunt.

Quādo nominatiuus per, σ,

Μέλλων. β.

Secundum futurum τυπῶ, fit à ſecundo Aoriſto, abiecto augmento, & extrema in, ω, circumflexum mutata, eademq; penultima uocali, ac eius conſonante, quæ figuratiua coniugationis eſt, omnino ſeruatis, ut τύπτω, ἔτυπον, τυπῶ. σπείρω, ἔσπαρον, σπαρῶ. Secunda perſona τυπεῖς. Tertia, τυπεῖ. Δυϊκά. τυπεῖτον, τυπεῖτον, à ſecūda plurali, τε, in, τον, cōuerſa. Πληθ. Prima pſona à prima ſingulari, ω, in, ου, diphthongum, & adiuncta, μεν, ſyllaba, τυπῶ, τυποῦμεν. Secunda à prima plurali, ου, in, ει, &, μεν, in, τε, mutatis, τυπεῖτε. Tertia etiā à prima plurali, μεν, in, σι, conuerſa, τυποῦσι, accentu circumflexo ubiq; mutato.

FORMATIONES ALIORVM MODORVM VERBI ACTIVI.

AD formationem temporum omnium aliorum modorum, aduertendum eſt primo Præſens & Præteritum imperfectum declinari ſimul: Præteritum perfectum & præteritum pluſquamperfectum ſimul. Quæ tempora in modo Indicatiuo diſtincta ſunt, ut ſupra patuit. Secundo, omnia præterita tempora, hoc eſt παρῳχημένους, in his modis abiicere augmentum, ſiue temporale ſit ſiue ſyllabicum, ſicut & participia, & ſimile præſenti Indicatiui principium habere, dempto præterito perfecto, & paulo poſt futuro, quæ in omnibus modis & participiis proprium ſeruant augmentum.

Attendenda

ΠΡΟΣΤΑΚΤΙΚᾺ ἘΝΕΡΓΗΤΙΚᾺ

Ἐνεστὼς καὶ παρατ.

Τύπτε, τυπτέτω. Δυϊκά. τύπτετον, τυπτέτων. Πληθ. τύπτετε, τυπτέτωσαν. Quo in loco ſciendum eſt, ſecundam perſonam Imperatiuorum actiuorum omnium extremam corripere ſyllabam, niſi fiat ſynæreſis, quam tertia producit, & per, ω, magnum ſcribitur. In plurali uero tertiam perſonam extremam corripere, & producere penultimam, ut τυπτέτωσαν, καὶ ἀττικῶς τυπτόντων, ad ſimilitudinem genitiui pluralis eius participii, οἱ τύπτοντες, τῶν τυπτόντων.

Παρακείμενος καὶ ὑπερσυντελικός.

Τέτυφε, à tertia perſona præteriti perfecti actiui, nulla mutatione facta. Tertia à ſecunda fit, adiuncta, τω, τετυφέτω. Δυϊκά. τετύφετον, τετυφέτων. Πληθυν. τετύφετε, τετυφέτωσαν.

Ἀόριστος. α.

Syracuſani Τύψον, à tertia perſona ſingulari ἔτυψε, extrema in, ον, conuerſa. τύψε tamen eſſe debuerat, at Syracuſanorum conſuetudo obtinuit, ut in, ον, potius quam in, ε, enuntiaretur. Illi enim, ε, in, ον, uertentes, faciunt ſecundam perſonam imperatiuorum actiuorum, ut λάβε, λάβον. ἄνελε, ἄνελον. ſic τύψε, τύψον. Tertia perſona τυψάτω, quæ ſecundum analogiam imperatiuorum in, ε, deſinentium, διὰ τοῦ ετω, formanda fuerat. Sed quia primus Aoriſtus natura ubique appetit, α, ut ἔτυψα, τύψας, τύψαντος, τύψαιμι. propterea & imperatiuus per, α, potius quam per, ε, enuntiatur. Δυϊκά. τύψατον, τυψάτων. Πληθ. τύψατε, τυψάτωσαν, καὶ ἀττικῶς τυψάντων. *οἶσε* *ἄξε* Inuenitur tamen apud Poetas οἶσε ἀντὶ τοῦ κόμισον. & ἄξε, ἀντὶ τοῦ ἄγε, & ſimilia, quæ & ſi habent conſonantem primi Aoriſti, nihilo minus præſentis temporis ſunt. *Verba à futuro ducta.* Nam multa uerba ſunt, quæ, à Futuro ad Præſens deducuntur, & eius ſeruant conſonantem, quemadmodum & primus Aoriſtus, & non niſi uſque ad præteritum imperfectum uariantur, nec unius ſunt coniugationis, cum per conſonantem futuri efferantur in præſenti, ut δύω, μέλλων δύσω. ὁ ἐνεστὼς δύσω, δύσεις, δύσει. παρατατικὸς ἔδυσον, ἔδυσες, ἔδυσε, ὁ μέσος ἐδυσόμην, ἐδύσου, ἐδύσετο. Ὀδυσσείας γ. Δύσετό τ' ἠέλιος, σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί. ὄρω. μέλλων ὄρσω αἰολικῶς. ὁ ἐνεστὼς ὄρσω. ὁ παρατατικὸς ὦρσον, ὦρσες, ὦρσε. ὁ μέσος ὠρσόμην, ὤρσου, καὶ ὤρσετο ἰωνικῶς. τὸ προστακτικὸν ὄρσου, καὶ ὄρσεο. Ἰλιάδος π. Ὄρσεο διογενὲς Πατρόκλεις. οἴω τὸ κομίζω ἄχρηστον. ὁ μέλλων οἴσω. ὁ ἐνεστὼς οἴσω. ὁ παρατατικὸς οἶσον, οἶσες, οἶσε. τὸ προστακτικὸν οἶσε, οἰσέτω. ἀντὶ τοῦ κόμιζον, fer. Ὀδυσσείας χ. Οἶσε θέειον γρηῦ, κακῶν ἄκος, οἶσε δέ μοι πῦρ. καὶ

Ἰλιάδος τ. Τὰ δὲ δῶρα ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων οἰσέτω ἐς μέσσην ἀγορήν. ἄγω. ὁ μέλλων ἄξω. ὁ ἐνεστὼς ἄξω. ὁ παρατατικὸς ἦξον, ἦξες, ἦξε. τὸ προστακτικὸν, ἄξε, ἀξέτω. Ἰλιάδος γ. Ἄξετε δὲ Πριάμοιο βίην. ὄφρ᾽ ὅρκια πιστὰ τάμνῃ. Quibuſdam tamen placet, ut hæc ſint primi Aoriſti per transformationem, ον, in, ε, ut οἶσον, οἶσε. ἄξον, ἄξε. Sed his aduerſari uidetur horum penultima, ε, ſcilicet, cum primus Aoriſtus in penultimam, α, ubiq; appetat. Non loquor de ſecunda perſona ſingulari, quæ in, ον, deſinit, ſed de tertia & de his quæ ſequuntur, ut ἄξον, ἀξάτω, ἄξατον, ἀξάτων, & reliqua. Ἀόριστος β.

Τύπε, a tertia perſona ſecundi Aoriſti, ἔτυπε, τύπε. τυπέτω παροξυτόνως. Annotantur ab antiquis tres Aoriſti ſecundi, qui cum producant penultimam, contra cōmunem regulam, etiam mutauerunt accentus locum, ut εἰπὲ, ἐλθὲ, εὑρέ. λάβε uero, & ἴδε cōmuniter Grauitona ſunt, Attice uero ὀξύτονα, λαβὲ, ἰδέ. Δυϊκά. τύπετον, τυπέτων. Πληθ. τύπετε τυπέτωσαν, καὶ ἀττικῶς τυπόντων. Aduertendum eſt, Futurum nō inueniri in modo imperatiuo, nec ſubiunctiuo, Aoriſtos uero utriuſq; habere ſignificationem. εἰπέ ἐλθέ εὑρέ.

ΕΥ̓ΚΤΙΚᾺ ἘΝΕΡΓΗΤΙΚᾺ.

Optatiuorum uerborum omnium, tam actiuorum q̃ paſſiuorum, & mediorum, nec Grauitonorum ſolum, uerumetiam Circumflexorum, & deſinentiū in, μι, ꝓprium eſt terminare penultimā in diphthongū, ſiue ꝓpriam, ſiue impropriā. Sed eorum formatio uaria eſt. Quare uidere oportet unde & quomodo ſingula formentur, & primum de formatione actiuorum. Tempora igitur optatiui modi actiuorum, fiunt a genitiuis participiorum eorundem temporum extrema in, μ, mutata, & abiecta, ν, conſonante, ſi in eam penultima participii deſiuerit, cuius loco ponitur, ι, uocalis, ut fiat diphthongus ex penultima uocali, & ι, addito. Si uero penultima participii fuerit, ου, diphthongus, mutabitur in, οι, cum omnino in penultima oporteat diphthongum eſſe, cuius, ι, ſit ſubiunctiua uocalis, *Penultima diphthōgus*

Ἐνεστὼς καὶ παρατατικός.

Τύπτοιμι ergo eſt a genitiuo participii, ut dictum eſt, τύπτων, τύπτοντος. Secunda perſona a prima fit, extrema in, σ, conuerſa, τύπτοις. Tertia a ſecunda, expuncto, σ, τύπτοι. Δυϊκά. Secunda perſona, a ſecunda plurali, τε, in, τον, conuerſa, τύπτοιτε, τύπτοιτον. Tertia a ſecunda duali, extrema in, την, conuerſa, τυπτοίτην. Πληθυντικά. Prima perſona pluralis a prima ſingulari fit, extrema in, μεν, conuerſa, τύ-

πτοιμεν. Secunda à prima plurali, μεν, in, τε, conuerſa, τύπτοιτε. Tertia etiam à prima, ſubtracto, μ, τύπτοιεν. Et quoniam dictum eſt, ſecundam perſonam ſingularis numeri à prima fieri, extrema ſyllaba, μι, ſcilicet in, σ, conuerſa, nouum fortaſſe uidebitur hoc conſiderantibus, uidelicet uocalem in conſonantem mutatam eſſe, cum ſint natura diuerſæ. Vbi ſciri uelim, mutationé quinq; modis fieri. Κατὰ πάθος, hoc eſt, per paſſionem, ut ἐλαφοβόλος, ἐλαφηβόλος, τροπῇ τοῦ, ο, εἰς, η. Κατὰ παραγωγὴν, hoc eſt, per deriuationem, ut λέγω, λόγος. δέχω, δόχος, τροπῇ τοῦ, ε, εἰς, ο. κατὰ διάλεκτον, hoc eſt, per linguarum ꝓprietatem, ut ἡδὺ, ἁδὺ. τροπῇ τοῦ, η, εἰς, α, δωρικῶς. καὶ τροπῇ τῆς, ει, διφθόγγου εἰς τὴν, οι, αἰολικῶς. ut ὄνειρος ὄνοιρος. Κατὰ σύνθεσιν, id eſt, per compoſitionem, ut δικόλογος. ἐκ τοῦ δικαίου καὶ λόγος qui de iure diſputat τροπῇ τοῦ, και εἰς, ο, μόνον. Κατὰ κλίσιν, hoc eſt, per declinationem, ut αἰνείας, αἰνείου, τροπῇ τῆς, ας, εἰς, ου. αἴαντος, αἴαντι, τροπῇ τῆς, ος, εἰς, ι, λέγω, λέγεις, τροπῇ τοῦ, ω, εἰς, εις. τίθημι, τίθης, τροπῇ τῆς, μι, εἰς, ς. τύπτομαι, τυπτόμεθα, τροπῇ τῆς, μαι, εἰς, μεθα. ubi una ſyllaba in duas conuerſa eſt, & alia huiuſmodi infinita. Vbi liquido apparet, & uocales in conſonantes, & conſonantes in uocales κατὰ κλίσιν mutatas eſſe. Non igitur mirandum in huiuſmodi optatiuis, μι, in, ς, mutari, quandoquidem hoc κατὰ κλίσιν fieri contingit, ut dictum eſt.

Quot modis fiat mutatio.

Παρακείμενος.

Τετύφοιμι, τετύφοις, τετύφοι, à genitiuo participii τετυφὼς, τετυφότος, τος, in, μι, & adiuncto, ι, penultimæ. Δυϊκά. τετύφοιτον, τετυφοίτην. Πληθυντικά. τετύφοιμεν, τετύφοιτε, τετύφοιεν.

Ἀόριστος. α.

Τύψαιμι, τύψαις, τύψαι, à genitiuo participii τύψας, τύψαντος, Δυϊκά. τύψαιτον, τυψαίτην. Πληθυντικά. τύψαιμεν, τύψαιτε, τύψαιεν, καὶ αἰολικῶς, τύψεια, τύψειας, τύψειε. Δυϊκά. τυψείατον, τυψειάτην. Πληθυντικά. τυψείαμεν, τυψείατε, τύψειαν.

Atten. inter Aeoles & Atticos. Sed aduertédum eſt, ſolos Aeoles prima uti pſona, hoc eſt, τύψεια. Atticos uero ſecũda & tertia τύψειας, τύψειε, & tertia plurali τύψειαν.

Ἀόριστος. β.

Τύποιμι, τύποις, τύποι, à genitiuo participii τυπὼν, τυπόντος, ſicut & præſens.

Μέλλων. α.

Τύψοιμι, τύψοις, τύψοι, à genitiuo participii, τύψων, τύψοντος.

Μέλλων. β.

Τυποῖμι, τυποῖς, τυποῖ, à genitiuo participii τυπῶν, τυποῦντος, καὶ τὰ λοιπὰ, accentu circumflexo ubiq; ſeruato, niſi ubi finalis ſyllaba

longa fuerit, quia tunc acuitur penultima τυπτοίτην. quoniam longa ante longam acuitur, quod uidelicet penultimam circumflecti, quæ in ſecunda & tertia ſingulari ultima eſt, in omnibus numeris & perſonis uerborum quintæ coniugationis cõmune eſt ſecundo futuro cum primo, cum ſint ſimilia inter ſe, præterquam in penultima, quæ in nonnullis uariatur, ut σπείρω. μέλλων σπερῶ. ἡ μετοχὴ ὁ σπερῶν, τοῦ σπερῶντος. τὸ εὐκτικὸν σπεροῖμι, διὰ τοῦ, ι. μέλλων, β, σπαρῶ. ἡ μετοχὴ ὁ σπαρῶν, τοῦ σπαροῦντος. τὸ εὐκτικὸν σπαροῖμι, σπαροῖς, σπαροῖ, διὰ τοῦ, α. | *Atten.*

ΥΠΟΤΑΚΤΙΚΑ ἘΝΕΡΓΗΤΙΚΑ.

Ἐὰν τύπτω, à prima perſona præteriti imperfecti fit, ſecundum ueterum traditionẽ, ἔτυπτον, ἐὰν τύπτω. Eſt enim regula, quod tria præterita tempora indicatiui, hoc eſt, præteritum imperfectum, præteritum perfectum, & ambo Aoriſti, abiecto augmento, præterquam in præterito pfecto, & extrema in, ω, mutata, faciunt ſubiunctiuum. Secunda perſona, τύπτῃς à prima fit, extrema in, ῃς, conuerſa. Nam ſubiunctiua omnia à uerbis Grauitonis in, ω, deſinẽtibus declinata, ac etiam circumflexis, & terminatis in, μι, primæ coniugationis, in, ῃς, faciunt ſecundam perſonã, ι, quidem ſubſcripto. Quoniam omne uerbum in, ω, deſinens, habet ſecundam & tertiam perſonam ſingularis numeri in diphthong. διὰ τοῦ, ι, deſinentes, aut propriam aut impropriam. Tertia perſona à ſecunda fit expuncto, σ, τύπτῃ. Δυϊκῶς. τύπτητον, τύπτητον. Πληθυν. τύπτωμεν, τύπτητε, τύπτωσι. | *η. In ſecũda & tertia.* *Regula.*

Παρακείμενος καὶ ὑπερσυντ.

Ἐὰν τετύφω, τετύφῃς, τετύφῃ, à prima perſona præteriti perfecti, α, in, ω, μέγα conuerſa, ſeruato augmento, ut dictum eſt. καὶ τὰ λοιπά.

Ἀόριστος. α.

Ἐὰν τύψω, τύψῃς, τύψῃ, à prima primi Aoriſti, hoc eſt, ἔτυψα, α, in ω, conuerſo. Ἀόριστος. β.

Ἐὰν τύπω, τύπῃς, τύπῃ, à prima ſecundi Aoriſti ἔτυπον, extrema in, ω, mutata. Futurum tẽpus in modo ſubiunctiuo non eſt, Aoriſtus enim utriuſque habet ſignificationem.

ἈΠΑΡΕΜΦΑΤΑ ἘΝΕΡΓΗΤΙΚΑ.

INfinitiui formantur à tertiis pſonis ſingularis numeri indicatiui modi, quorum terminationes duæ ſunt, ν, conſonãs, &, αι, diphthongus, exeunt quidẽ in, ν, quicunque habent, ει, diphthongum, in finali ſyllaba, aut, ου, aut, α, ut τύπτειν, ποιεῖν, χρυσοῦν, βοᾶν, ὁρᾶν. In quibuſdam uero in, ω, deſinẽtibus, pro, α, ponitur, η, ἔθει δωρικῷ, ut ζᾶν, ζῆν. πεινᾶν, πεινῆν. διψᾶν, διψῆν. ὁρᾶν, ὁρῆν, quibus, ι, non ſubſcribitur ſecundum

ueteres Grãmaticos, ut in tractatu circũflexorũ dicetur. Cætera uero omnia, tam actiua q̃ paſſiua, in, αι, exeunt. Infinitiui igitur actiui Grauitonorum uerborum terminant partim in, ειν, partim uero in, αι,

Ἐνεστὼς καὶ παρατατικός.

Τύπτειν, à tertia perſona ſingulari fit, adiuncta, ν, τύπτει, τύπτειν, καὶ

Dores. δωρικῶς τύπτεν. Illi enim abiicientes, ι, de, ει, diphthongo, formant ſuũ infinitiuum, ubi accentus aliquando uariatur, cum etiã ſyllabæ quantitas uariata ſit, ut ἀκούειν, ἀκοῦεν. τυπεῖν, τυπέν. γινώσκειν, γινώσκεν. συρίζειν, συρίσδεν. Θεόκρ. ἐν κύκλωπι. Συρίσδεν δ' ὡς οὔτις ἐπίσταμαι ὧδε κυκλώπων. & in eodem. Γινώσκεν δ' οἶμαί τυ καλῶς ἰδῶν ἐόντα.

Aeoles. Quamuis illi iidem τύπτην etiam dicant, ſicut & Aeoles, ε, in, η, conuerſo. τυπτέμεναι quoq; dicitur ab eis, ſicut ab Atticis. Conſueuerunt enim huiuſmodi formare infinitiuum, ſi cõmunis in, ειν, aut in, οιν, aut in, ναι, deſiuerit. Si in, ειν, aut in, οιν, abiicientes alteram uocalem diphthongi, hoc eſt ſubiunctiuam, ac interponentes, με, deinde, ναι, diphthongum addentes, faciunt infinitiuum, ut τύπτειν, τυπτέμεναι. ἀροῦν, ἀρόμεναι. Si in ναι, aut penultima eſt diphthongus, aut monophthongus, ſi diphthongus, abiicientes ſubiunctiuam uocalem, interponunt, με, ut δοῦναι, δόμεναι. θεῖναι, θέμεναι. εἶναι, ἔμεναι καὶ ἔμμεναι. ſi monophthongus, eadem manebit ante, με, ut τιθέναι, τιθέμεναι. ςῆναι, ςήμεναι. ἶναι, ἴμεναι.

Iones. Iones uero κατ' ἀποκοπὴν hæc eadem enuntiant. τυπτέμεν, ἀρόμεν, δόμεν, θέμεν, ςῆμεν.

Παρακείμενος καὶ ὑπερσυν.

Τετυφέναι, à tertia præteriti pfecti τέτυφε, adiuncta, ναι, accentuq; in penultimã retracto. Nam infinitiua in, ναι, deſinentia, in penultima habent accentum, præter Dorica, quæ in antepenultima accentum habent, ut τυπτέμεναι.

Ἀόριστος α.

Τύψαι, à tertia perſona primi Aoriſti ἔτυψε, ε, in, αι, dipht. uerſa, uel à prima pſona adiuncto, ι, ἔτυψα, τύψαι.

Ἀόριστος β.

Τυπεῖν, à tertia perſona ἔτυπε, ι, &, ν, additis, & accentu circumflexo in ultima, τυπεῖν, καὶ δωρικῶς τυπὲν, καὶ τυπέειν, καὶ τυπέμεναι. καὶ τυπέμεν. ſecundum eos, quos ſupra memoraui.

Μέλλων α.

Τύψειν, à tertia perſona τύψει.

Μέλλων β.

Τυπεῖν, à tertia perſona τυπεῖ.

De participiis uero hoc in loco aliquid dicere ſuperfluum uidetur, quandoquidem proprio loco latiſſime dicetur.

ῬΗΜΑΤΑ ΠΑΘΗΤΙΚΑ.

Paſſiua autem uerba formantur, partim ab actiuis, partim à ſeipſis. Ab actiuis quidem præſens, præteritum imperfectum, præteritum perfectum, & ſecūdus Aoriſtus, cætera uero omnia à ſeipſis, quorum formatio uaria eſt.

ὉΡΙΣΤΙΚΑ ΠΑΘΗΤΙΚΑ.

Ἐνεστώς.

Τύπτομαι, fit à prima perſona præſentis indicatiui actiui, ω, magno in, ο, paruum uerſo, & adiuncta, μαι, ſyllaba, ut τύπτω, τύπτομαι. Secūda perſona τύπτῃ, & à tertia fit, ſubtracto, τ, &, ε, &, α, præpoſita uocali ex, αι, diphthongo in, η, contractis, ſicut βέλεα, βέλη, cui ſubſcribitur, ι, & fit, ῃ, diphthongus impropria, ut τύπτεται τύπτεε ἰωνικῶς, καὶ τύπτῃ κοινῶς, pro qua ab antiquis talis datur regula, uidelicet, Πᾶν πρῶτον πρόσωπον ἔχον τὸ, μ, κλιτικὸν μετὰ μακρᾶς, ὅτε μὲν ἡ ἐνεργητικὴ μετοχὴ εἰς, σ, ὀξύτονος εἴη, ὡς πεποιηκώς, τηνικαῦτα τὸ δεύτερον ἐναλλαγῇ τοῦ κατὰ τὸ τρίτον, τ, εἰς, σ, γίνεται. οἷον πεποίημαι, πεποίησαι, πεποίηται. Ὅτε δὲ μὴ εἰς, σ, ὀξύτονος εἴη, ὡς τύπτων, τηνικαῦτα τὸ δεύτερον ἐνδείᾳ τοῦ, τ, τοῦ τρίτου, καὶ κράσει τῶν φωνηέντων γίνεται. οἷον τύπτομαι, τύπτῃ, τύπτεται. Hoc eſt, omnis prima perſona habens μ, κλιτικὸν cum longa, quandocūq; actiuū participium in, σ, oxytonum extiterit, ut πεποιηκώς, tunc ſecunda pſona, mutatione circa tertiam, τ, in, σ, fit, ut πεποίημαι, πεποίησαι, πεποίηται. Cum uero nō in, σ, oxytonū extiterit: ut τύπτων, tunc ſecunda perſona ſubtractione, τ, tertiæ, ac uocalium commiſtione fit, ut τύπτομαι, τύπτῃ, τύπτεται. *Regula.* Quam formationem omnia Grauitona uerba ac Circumflexa primæ coniugationis omnino ſequuntur. *Verba circumflexa.* At uerba ſecundæ & tertiæ coniugationis circumflexorum aliam ſibi uendicant formationem. Nam tertiam actiuorum, & uoce, & litteratura, ſecundam faciunt paſſiuorum, ut Theodoſio & aliis placet, βοῶ, βοᾷς, βοᾷ, βοῶμαι, βοᾷ. χρυσῶ, χρυσοῖς, χρυσοῖ, χρυσοῦμαι, χρυσοῖ. quam regulam Attici imitati, & in Grauitonis quoq; tertiam actiuorum ſecundam fecerunt paſſiuorum. Ἀριστοφάνης ἐν πλούτῳ. Πεύσει, σαφῶς γάρ ὁ θεὸς εἶπέ μοι τοδί. hoc eſt, audies. manifeſte enim deus dixit mihi. hoc πεύσει dixit, quæ eſt tertia perſona Futuri actiui πεύσω, πεύσεις, πεύσει, pro πεύσῃ ſecunda perſona, à Futuro medio πεύσομαι, πεύσῃ, & ſic de aliis. ex quibus quattuor etiam apud communes in uſu habentur, ut βούλομαι, βούλει. οἴομαι, οἴει, ὄψομαι, ὄψει. & ἔσομαι, ἔσει, καὶ κράσει εἶ. Tertia perſona à prima fit, ο, in, ε, & μαι,

Regula. in τοι, uerſis, τύπτομαι, τύπτεται. Regula. τὰ εἰς μαι ἔχοντα τὸ, μ, κλιτικὸν, ἀπὸ τοῦ, μ, ἕως, τ, τὸ δίτον ποιεῖ, δίποντα τὴν παραλήγουσαν. ἔνθα μὴ ἐστὶν ἐνεργητικὴ μετοχὴ εἰς, σ, ὀξύτονος. Δυϊκά. Prima perſona à prima plurali, extrema in, θον, mutata, τυπτόμεθα, τυπτόμεθον. Secunda à ſecunda plurali, extrema in, σθον, conuerſa, τύπτεσθε, τύπτεσθον. Tertia ſimilis eſt ſecundæ, τύπτεσθον. Πληθ. Prima perſona à

Regula. prima ſingulari fit, μαι, in, μεθα, conuerſa, τύπτομαι, τυπτόμεθα. Regula. πᾶν πρῶτον πρόσωπον ἔχον τὸ, μ, κλιτικὸν μετὰ μακρᾶς, ἀπὸ τῆς ἐσχάτης εἰς μεθα, τὸ πληθυντικὸν ποιεῖ, καὶ δωρικῶς καὶ ἰωνικῶς, τυπτόμεσθα, πλεονασμῷ τοῦ, σ. Secunda pſona à tertia ſingulari fit, ται, in, σθε, uer-

Regula. ſa, τύπτεται, τύπτεσθε. Regula. πᾶν δίτον ἑνικὸν ἔχον τὸ, τ, κλιτικὸν, ἀπὸ τῆς τελευταίας συλλαβῆς εἰς, σθε, διδύτερον πληθυντικὸν ποιεῖ.

Regula. Tertia etiã à tertia ſingulari, penultima, hoc eſt, ε, in, ο, uerſa, ac, ν, cõſonante interiecta, τύπτεται, τύπτονται. Regula. πᾶν δίτον ἑνικὸν ἔχον τὸ, τ, κλιτικὸν, καὶ πρὸ τοῦ, τ, δεχόμενον τὸ, ν, καὶ τὴν παραλήγουσαν φυλάσσον τοῦ πρώτου προσώπου, τὸ δίτον τῶν πληθυντικῶν ποιεῖ. οἷον λέγεται, λέγονται. ἵσταται δὲ, ἵστανται.

ἵστανται. Sed quoniam de hac littera, μ, quam Græcorum more κλιτικὸν appellauimus, mentio facta eſt, cur ſic nuncupetur, ab re non erit, quantum ex Grammat. corum dictis

Quid ſit μ. κλιτικὸν. καὶ τ. καὶ. ν. elicere potuimus, aperire, quod nempe, &, τ, patitur, &, ν. Eſt igitur μ, κλιτικὸν, quod ad formationem ſiue deductionem alicuius uerbi extrinſecus ſumitur, ut τύπτω, τύπτομαι. ἔτυπτον, ἐτυπτόμην. ἔτυψα, ἐτυψάμην. Quod iccirco κλιτικὸν dicitur, ut ab, μ, quod θεματικὸν appellatur, differat. Nam uerba in, μω, in ipſa prima poſitione, μ, habent, ut νέμω, δρέμω, &c. Huius gratia θεματικὸν merito dici poteſt. At eorũ paſſiua in extrema ſyllaba, μ, habent κλιτικὸν, tanquam extrinſecus accerſitum, ut νέμομαι, δρέμομαι. Quod Theodoſius grammaticus aſſerit dicens, κλιτικὸν δὲ, μ, ἐστὶ τὸ μὴ ὂν ἐκ θέματος, ἀλλ' ἐκ κλίσεως γεγενημένον. τίθημι uero & ἵστημι, & alia huiuſmodi uerba in, μι, ac etiam optatiua in, μι, ut τύπτοιμι, τετύφοιμι, & ſi per deriuationem, μ, habeant κλιτικὸν, tanquam extrinſecus accerſitum, ut τιθέω, τιθῶ, τίθημι. & τύπτοντος, τύπτοιμι, non ob hoc ſub regula iam dicta comprehendi poſſunt, cum in breuem deſinant uocalem, non autem μετὰ μακρᾶς, ut regula poſtulat. Itaq; ea ſolum uerba quæ in, μαι, aut in, μην, exeunt, huiuſmodi regulæ ſubiecta putantur. Vbi aduertendum, μαι, ſyllabam & ſi in fine dictionis communiter pro breui habeatur, diphthongo tamen longam eſſe. τ, quoq; κλιτικὸν & ipſum

τ. κλιτικόν. appellari ſolet, quoties per deductionem tertiæ perſonæ ſingularis

paſſiuorum extrinſecus ſumitur, ut τύπτομαι, τύπτεται, μαι, ſcilicet in, ται, uerſa. quod ideo κλιτικὸν appellatur, ut à τ, quod θεματικὸν eſt, omnino differens ſit, ſicut eſt in uerbis in, τω, deſinentibus, ut ἀνύτω, φρίττω, λίπτω, πέπτω, & ſi hæc duo extrema in uſu non ſint, λίπτομαι tamen & πέπτομαι frequentiſſime utimur. Hoc idem accidit &, ν, quoniam infinitiui in, ναι, partim habent, ν, κλιτικὸν ex ipſa deductione, ut ἐτύφθη, τυφθῆναι. ἔστη, στῆναι, partim uero θεματικὸν, cum ab ipſo Themate ſit, ut μεῖναι, ἀπὸ τοῦ ἔμεινα πρώτου ἀορίστου, cuius Thema eſt, μένω. & κτεῖναι, ἀπὸ τοῦ ἔκτεινα πρώτου ἀορίστου, cuius Thema eſt κτείνω &c. Vbi aduertendũ eſt, quod infinitiui habentis, ν, κλιτικὸν, nequaquam diphthongum habere in penultima uolunt, quoniam regula eſt, ὅτι τὰ εἰς, ναι, ἀπαρέμφατα ἔχοντα τὸ, ν, κλιτικὸν, οὐ θέλουσι τῇ διφθόγγῳ παραλήγεσθαι. Iccirco in uerbis in, μι, tres excipiuntur infinitiui in, ναι, qui per deductionem, ν, habent κλιτικὸν, quoniam eorum penultima (aduerſante regula iam dicta) diphthongo ſcribitur, hoc eſt θεῖναι, δοῦναι, εἶναι. At infinitiui habentes, ν, θεματικὸν, hanc non ſequuntur regulam, ſed indifferenter & diphthongum & monophthongum in penultima habere poſſunt, ut patet ex κτεῖναι ἀπὸ τοῦ κτείνω. & φῆναι, ἀπὸ τοῦ φαίνω, & huiuſmodi infinitiuis. De his uero quæ in, ειν, exeunt, tametſi illud per deductionem habẽt, ut τύπτει, τύπτειν. τύψει, τύψειν, non ob hoc id κλιτικὸν appellandum cenſemus, quandoquidem de his tantum quæ in, ναι, deſinunt, regula loquitur cum huiuſmodi infinitiuis, ν, nunc θεματικὸν, nunc κλιτικὸν reperiatur, quod nempe in, ειν, deſinentibus non euenit.

ν. κλιτικὸν.

Regula.

θεῖναι δοῦναι εἶναι.

Παρατατικός.

Ἐτυπτόμην, à prima perſona Præteriti imperfecti actiui, inteiecta μη, inter, ο, &, ν, ἔτυπτον, ἐτυπτόμην. Secunda à tertia fit, expuncto, τ, ἐτύπτετο, ἐτύπτεο ἰωνικῶς, καὶ κράσει τοῦ, ε, καὶ, ο, εἰς, ου, fit ἐτύπτου κοινῶς, καὶ ἐτύπτευ δωρικῶς. ὡς ἐλέγεο, ἐλέγευ. Θεόκριτος ἐν θύρσιδι. Βούτας μὲν ἐλέγευ, νῦν δ' αἰπόλῳ ἀνδρὶ ἔοικας. Tertia à prima fit, ο, in, ε, & μην, in, το, uerſis, ἐτυπτόμην, ἐτύπτετο. Δυϊκά. Prima perſona à prima plurali fit, ſicut in præſenti, ἐτυπτόμεθα, ἐτυπτόμεθον. Secunda, à ſecunda plurali, ἐτύπτεσθε, ἐτύπτεσθον. Tertia à ſecunda duali, ον, in, ην, mutata, ἐτυπτέσθην. Differunt enim inter ſe, quoniam tertia pluralis nec in, ι, nec in, αι, deſinit. Πληθυντ. Prima perſona à prima ſingulari fit, μην, in, μεθα, conuerſa, ἐτυπτόμεθα. Secunda à tertia ſingulari, το, in, σθε, conuerſa, ἐτύπτετο, ἐτύπτεσθε. Tertia etiam à tertia ſingulari fit interiecto, ν, &, ε, in, ο, mutato, ἐτύπτοντο.

Singul.

ἐτύπτεο.

ἐτύπτου.

ἐτύπτευ.

παρακείμενος.

τέτυμμαι, à præterito actiuo fit, de quo Libro tertio cõmunem ſecuti uſum, ſatis quidem dixiſſe uidemur. Scito tamen, ſyncopam τέτυμμαι pati, eiusq; perfectum ac integrum τετύφαμαι eſſe, ἀπὸ τοῦ τέτυφα, adiuncta, μαι, ſyllaba, ſicut à τύπτω, τύπτομαι. Nam re-

Regula. gula eſt, ὅτι πᾶν παθητικὸν ἢ μέσον, ἔχον τὸ, μ, κλιτικὸν, περισσοῦ λαβεῖν θέλει τοῦ ἰδίου ἐνεργητικοῦ. hoc eſt, Omne uerbum Paſſiuum, ſiue Medium habẽs, μ, κλιτικὸν, ſyllaba ſuperare uult proprium Actiuum, ut τύπτω, τύπτομαι. τύψω, τύψομαι. Sic τέτυφα, τετύφαμαι, τετύφασαι,

Syncopam patitur. τετύφαται. ubi facta ſyncopa penultimæ uocalis tantum, α, ſcilicet, fit quidem τέτυφμαι, τέτυφσαι, τέτυφται. φ uero in propria ἀντίστοιχα uerſo, in, β, ſcilicet eius mediam in prima perſona, & in, π, tenuem in ſecunda & tertia, ut τέτυβμαι, τέτυπσαι, ἀπὸ τοῦ, π, καὶ, σ, εἰς, ψ, τέτυψαι, τέτυπται proferimus. τέτυβμαι tamen non dicimus, ſed τέτυμμαι, cum alterum ſequatur, μ. Poſſumus & ſecundam à tertia deducere, τ, in, σ, uerſo, per regulam antiquorum in præſenti poſi-

Regula. tam. hoc eſt, πᾶν τρίτον πρόσωπον ἔχον τὸ, μ, κλιτικὸν, &c. ut τετύφαται, τετύφασαι. τέτυπται, τέτυπσαι, π, uero & σ, in ψ, unitis, fit τέτυψαι. Δυϊκά. τετυφάμεθον, καὶ συγκοπῇ τετύμμεθον, ſicut prima ſingularis. Secunda perſona τετύφασθον, καὶ συγκοπῇ τοῦ, α, καὶ, σ, τέτυφθον, τέτυφθον. Πλη. τετυφάμεθα, τετύμμεθα. Secunda, τετύφασθε, τέτυφθε, ſicut τέτυφθον. Tertia τετύφανται, à tertia ſingulari τετύφαται, in-

Tertia pſona pluralis. teriecto, ν. Vbi aduertendum eſt tertiam pluralem, hoc eſt τετύφανται, ſycopam non pati, cum ex ea nihil proueniat, quod proferri congrue poſſit, Subtracto enim, α, fit τέτυφνται, quæ quidem ſtructura prolatu impoſſibilis eſt, cum tres id genus conſonantes, nulla intercedente uocali ſimul inueniantur, quæ procul dubio inter ſe minime

Regula. poſſunt cohærere. Nam omnis ſyllaba à tribus incipiens conſonantibus, ſecundam quidem mutam, tertiam uero immutabilem habere debet, ut σκῆπτρον. Supplendum eſt igitur per proprium partici-

Verba ſecũdæ coniug. pium, & uerbum ſubſtantiuum, ut τετυμμένοι εἰσὶν, quod & in aliis huiuſmodi ſeruandum eſt. Hoc idem fit in uerbis ſecundæ cõiugationis, ut λέλεχα, λελέχαμαι, λελέχασαι, λελέχαται, καὶ συγκοπῇ λέλεχμαι, λέλεχσαι, λέλεχται. Mutato autem, χ, in propria ἀντίστοιχα,

Verba tertiæ, quartæ & ſextæ cõiuga. eodem modo quo ſupra, fit λέλεγμαι, λέλεκσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ, κ, καὶ σ, εἰς, ξ, λέλεξαι, λέλεκται. Idem quoq; in aliis numeris atq; perſonis contingit. At in cæteris coniugationibus Præteritum paſſiuum pari modo fit ab actiuo, προσθέσει τοῦ, μαι. Sed in tertia & quarta coniu

gatione,& in quibuſdam uerbis ſextæ,interponitur,σ,ante,μαι, ut πέπεικα,πεπείκασμαι. πέφρακα,πεφράκασμαι. ἤκουκα,ἠκούκασμαι,καὶ συγκοπῇ τῆς,κα,συλλαβῆς,fit πέπεισμαι,πέφρασμαι,ἤκουσμαι, & alia ſimiliter. Quod autem huiuſmodi præteritum integrum ac perfecte formatum in uſu non ſit,factum quidem eſt ob quandam aduerſantem regulam, quæ talis eſt. Verba paſſiua quæ, μ, κλιτικὸν habent,& ſyllabis propria actiua excedunt, eandem ſeruare penultimã debent,quæ in prima pluralis numeri perſona ſuorũ Actiuorum necnon in genitiuo participii actiui temporis eiuſdem inuenitur, ut τύπτομεν,τύπτοντος,τύπτομαι. ἐτύψαμεν,τύψαντος,ἐτυψάμην. At cum prima perſona pluralis numeri præteriti actiui,hoc eſt,τετύφαμεν,& genitiuus participii temporis eiuſdem,uidelicet τετυφότος,diuerſam habeant penultimam,hæc quidem,α,illa uero,ο,μικρόν,accidit ut præteritum paſſiuum neutram illarum admiſerit, ſed potius ſyncopam pati uoluerit,hoc eſt,τέτυμμαι, λέλεγμαι, πέπεισμαι. pro quibus quidem formandis alius inuentus eſt modus, ut Libro. I I I. uidere licet. Vtraq; tamen formandi ratione uti ad libitum poteris. Nunc autem de præterito tertiæ coniugationis,& earum quæ ſequuntur,a᾿ cõmuni uſu non recedentes,aliqua hoc etiam in loco dicere decreuimus. *Regula.*

Præteritum igitur tertiæ coniugationis & quartæ,ab actiuo deducitur,extrema ſyllaba in,μαι,conuerſa,ac,σ,interiecto.Nam(quemadmodum ſupra diximus)præteritum quidem uerborum quæ Grauitona ſunt,in,κα,deſinens aſſumit,σ,in formatione paſſiuorum,ut πείθω,πέπεικα,πέπεισμαι.φράζω,πέφρακα, πέφρασμαι. Excipiuntur uerba quintæ coniugationis, & quædam pauca ſextæ, quæ quidem reſpuunt,σ. Secunda pſona a᾿ prima fit,μαι,in,σαι,mutata,& p unicũ,σ, enuntiatur, ut πέπεισμαι,πέπεισαι. πεφράσμαι, πέφρασαι. Tertia quoq; deducitur a᾿ prima,μαι,in,ται,conuerſa,πέπεισται, πέφρασται. Δυϊκά. Prima dualis numeri a᾿ prima plurali,extrema in,θον, mutata,πεπείσμεθα,πεπείσμεθον.πεφράσμεθα,πεφράσμεθον. Secunda uero perſona a᾿ ſecunda fit eiuſdem numeri,ut πέπεισθε,πέπεισθον. πέφρασθε, πέφρασθον. Tertia demum ſimilis eſt ſecundæ. Πληθ. Prima perſona pluralis a᾿ prima ſingulari fit, extrema in, μεθα,conuerſa,ut πέπεισμαι, πεπείσμεθα. πέφρασμαι, πεφράσμεθα. Secunda a᾿ tertia ſingulari,ται,in,θε,conuerſa, ut πέπεισται,πέπεισθε.πέφρασται,πέφρασθε, At ubi nulla conſonans interceſſerit, σ, omnino erit interponendum, ut πεποίηται, πεποίησθε. βεβασίλευται. βεβασίλευσθε. Tertia quoque ab eadem fit, ν, ſcilicet ante, ται, immiſſo, ſi tamen *Præt. tertiæ coniu ga. &c.* *Quinta reſpuit.σ.*

alia non interceſſerit conſonans, tres etenim nulla interueniente uocali ſimul inuenirentur, quæ (ſicut iam dictum eſt) minime poſſunt cohærere, ut πέπεισνται. Si uero ante, ται, aliqua uocalis extiterit, nihil erit impedimento, quin tertiam pluralem formare poſſimus, ut πεποίηνται, πεπτίλωνται. Hæc autem formatio dualis numeri, ſimul & pluralis, communis quidem eſt paſſiuis omnibus præteritis, quorum actiuum in, κα, terminatur. Deſinentia uero in, ζω, ſiue in, σσω, & in, ξω, futurum facientia, ad ſecundam reducuntur coniugationẽ.

Verba in ζω, σσω, ξω.

Præteritum etiam quintæ coniugationis ſimiliter ab actiuo fit, extrema ſcilicet in, μαι, conuerſa. Vbi aduertendum eſt, uerba quæ habẽt uel. λ, uel, ρ, illud ſeruare in actiuo, & paſſiuo præterito, ut ψάλλω, ἔψαλκα, ἔψαλμαι. σπείρω, ἔσπαρκα, ἔσπαρμαι. Quæ uero, μ, uel ſolũ, uel cum, ν, habent, id quidem ſeruant, ſed, η, interponitur, διὰ τὴν κακοφωνίαν, quemadmodum & in præterito actiuo iam dictum eſt, ut νέμω, νενέμηκα, νενέμημαι. τέμνω, τετέμηκα τετέμημαι, καὶ συγκοπῇ τέτμηκα, τέτμημαι, & alia ſimiliter, quæ in præterito actiuo annotata ſunt.

Verba quintæ coniug.

Quæ uero in, νω, deſinunt, ν, minime ſeruant, ſed id quidem in actiuo præterito propter ſequens, κ, in, γ, transferunt. At in paſſiui præteriti formatione illud in, μ, uertunt, cum forte alterum, μ, ſequatur, ut φαίνω, πέφαγκα, πέφαμμαι. hoc autem in prima tantum perſona ſeruabitur, nam ſecunda quidem & tertia illud, ν, rurſum aſſumit, ut πέφανσαι, πέφανται. Ἰλιάδος β. τέλος δ' οὔπω τι πέφανται. At μεμίασμαι & μεμόλισμαι, γ, in, σ, Atticorum more tranſtulerunt. μεμένηκα uero, & μεμένημαι cuius Thema eſt μένω, aſſumpſerunt, η, tanquam à circumflexo themate deducta, quemadmodum & νέμω νενέμηκα, νενέμημαι. Diſſyllaba uero quæ ante, ν, uel, ι, uel, ει, uel, υ, habent, omnino, ν, reſpuunt, ut κρίνω, κέκρικα, κέκριμαι. κτείνω, ἔκτακα, ἔκταμαι. θύνω, τέθυκα, τέθυμαι, ſed hæc pauca ſunt. At μεμόλυσμαι cuius actiuũ prẹteritum eſt μεμόλυγκα, ἀπὸ τοῦ μολύνω fit, quod quidem triſyllabum eſt.

Verba in. νω.

μεμίασμαι. μεμόλισμαι.

Præteritum uero paſſiuum ſextæ coniugationis ab actiuo fit, extrema in, μαι, conuerſa, ſed ante, μαι, ut plurimum recipit, σ, ut ἀκούω, ἤκουκα, ἤκουσμαι, ξέω, ἔξεκα, ἔξεσμαι. Sed & quædam inueniuntur, quæ quidem, σ, non admittunt, ut τοξεύω, τετόξευκα, τετόξευμαι. βασιλεύω, βεβασίλευκα, βεβασίλευμαι. Actiuum autem Præteritum uerborum quæ circumflexa ſunt, ſi longam habuerint penultimam, præteritum quidem paſſiuum nihil aſſumit, ut ποιῶ, πεποίηκα, πεποίημαι. Si uero breuem, σ, recipit, ut τελῶ, τετέλεκα, τετέλεσμαι. Quod autem ad penultimam attinet, eandem

Verba ſextæ.

Penultima præt. paſſiui.

ſane' habet paſſiuum præteritum, quam & actiuum, ſi a' uerbo deſinente in, ω, ueniat, ut πέτυφα, τέτυμμαι. πέπεικα, πέπεισμαι, πεποίηκα, πεποίημαι. Excipiuntur diſſyllaba primæ coniugationis & ſecundæ Grauitonorum, quoq; præteritum paſſiuum rurſus aſſumit, ε, uocalem penultimam præſentis, quæ in præterito actiuo in, ο, paruum cõuerſa fuerat, ut λέγω, λέλοχα, λέλεγμαι. κλέπτω, κέκλοφα, κέκλεμμαι. Inuenitur & κέκλαμμαι. Annotantur etiam quæ, ρ, habent cum aliqua conſonante implicitum, in quorum penultima præſentis, ε, reperiatur. horum enim præteritum paſſiuum, ε, mutat in, α, ut στρέφω, ἔστροφα, ἔστραμμαι. τρέφω, τέτροφα, τέθραμμαι. Excipitur βρέχω βέβροχα, βέβρεγμαι διὰ τοῦ, ε. At in uerbis in, μι, deſinentibus, penultimam corripit, quæ in actiuo quidẽ longa deprehenditur, ut δέδωκα, δέδομαι. *Verba in μι.*

De tertia plurali perſona paſſiui præteriti formata, libro. III. ſatis quidem diximus. Sed hic locus exigere uidetur, ut quẽadmodum ea fiat Ionice, latius q̃ eo loco diximus, explicemus. Iones igitur tertiam hanc perſonam a' tertia ſingulari temporis eiuſdem formare conſueuerunt, non, ν, ſicut alii, ſed, α, breuem interponentes inter ultimã ſyllabam atq; penultimam. Sed quia ante, ται, finalẽ ſyllabã tertiæ perſonæ cõmunis ſingularis numeri diuerſæ conſonantes inueniuntur, diuerſam quoq; formationem eſſe oportuit. Nam in uerbis quidem Grauitonis primæ coniugationis & ſecundæ, tertia perſona ſingularis præteriti paſſiui habet ante, ται, aliam tenuem mutam in eadem ſyllaba cõprehenſam, quibus diſiunctis, &, α, interpoſito, ac priori tenui in propriam aſpiratã conuerſa, fit tertia perſona pluralis ἰωνικῶς. eſt enim regula, ὅτι πᾶν δίτον πρόσωπον ἑνικὸν ἔχον πρὸ τοῦ, τ, ψιλὸν, δασύνει τὸ ψιλοῦ εἰς δασὺ, καὶ προσθέσει τοῦ, α, ποιοῦσιν οἱ ἴωνες δίτων τῶν πληθυντικῶν οἷον τέτυπται, τετύφαται. λέλεκται, λελέχαται. Tertia quoq; pluralis præteriti pluſquamperfecti eodem formatur modo, ut ἐτέτυπτο, ἐτετύφατο, ἐλέλεκτο, ἐλελέχατο. At in uerbis tertiæ, necnon & quartæ coniugationis, tertiam pluralem etiam a' tertia ſingulari faciunt, uertentes, σ, in figuratiuam conſonantem præteriti medii, ubi ante, ται, extiterit. Quia, quandocunq; tertia cõmunis Grauitonorum per, σ, profertur, tertia Ionice figuratiuam conſonantem præteriti medii ſibi adſciſcit, ut πείθω, μέσος παρακ. πέποιθα. tertia præteriti paſſiui πέπεισται, καὶ ἰωνικῶς πεπείθαται. ῥαίζω, μέσος παρακ. ἔρραδα. tertia præteriti paſſiui ἔρρασται, καὶ ἰωνικῶς ἐρράδαται. ὀδυσσ. υ. Αἵματι δ' ἐρράδαται τοῖχοι. hoc eſt, ſanguine autem aſperſi ſunt parietes. κράζω uero & ὀρύττω & ſimilia, quæ, ξ, habent in futuro, ad ſe

Tertia plu. Ionice.

Verba primæ & ſecundæ.

Verba tertiæ & quartæ.

Quæ, ξ, habent in futuro.

Verba quintæ coniuga. cundam reduci poſſunt coniugationem. At in quinta coniugatione ea ſolum uerba, quæ in, ρω, deſinunt, inueniuntur tertiam habere perſonam Ionice formatã, cum in tertia cõmunis præteriti, ρ, tenue ante *ρ. cũ tenuib. tenue cum aſpiratis aſpiratum.* ται, forte exiſtat. Nam, ρ, cum tenuibus tenue, & cum aſpiratis aſpiratum eſt. Et quoniam regula eſt, quam modo diximus, ὅτι πᾶν τρίτον πρόσωπον ἑνικὸν, ἔχον πρὸ τοῦ, τ, ψιλόν. &c. ρ, quod in tertia cõmuni perſona tenue eſt, in tertia Ionica in ſeipſum aſpiratum uertitur, ut σπείρω, ἔσπαρκα, ἔσπαρται, ἐσπάραται, ſicut κένιπται, κενίφαται, διὰ τοῦ, π, εἰς, φ. *Verba ſextæ.* In ſexta autem coniugatione tertia perſona Ionice formari non poteſt, in his uerbis, quorum tertia ſingularis, σ, habet ante ται, ut ἤκουσται, eo quod figuratiua littera medii præteriti non eſt conſonans in quam, σ, mutandum eſſet, ut ſupra, ſed uocalis, aut diphthongus. At in his, quorum tertia communis in, ται, puram deſinit, hoc eſt abſque, σ, tertiam pluralẽ ἰωνικῶς apte formari poterimus, ſi ſolum, α, ante, ται, poſuerimus, ac penultimam, quæ eſt in uoce cõmuni ſi longa fuerit, corripuerimus, ut ἐρύω, ἔρυται, ἐρύαται. Ἰλιάδος α. Οἵ τε θέμιστας πρὸς διὸς εἰρύαται. κλείω, κέκλειται, κεκλίαται. Ὀδυσσείας δ. Αἱ δ' ἄλλ' κεκλίαται. Poetæ tamen metri gratia eam aliquãdo productam ſeruant. Ὀδυσσείας α. Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν. ἀντὶ τοῦ δέδαινται, cuius Thema eſt δαίομαι diuido.

Circũflexa & in μι. De Circumflexis, & uerbis in, μι, quoniam à ſexta coniugatione deducuntur, idem eſt intelligendum. Nam ſi tertia communis præteriti paſſiui in, ται, puram deſiuerit, & penultima longa fuerit, ea quidem in legitimam breuem coniugationis uertitur, ſicque, α, ſolum interpoſito, tertia fiet ἰωνικῶς, ut πεποίηται, πεποιέαται. κεχρύσωται, κεχρυσώαται. βεβοάαται autem nõ dicimus, ſicut nec ἱστάασι, & alia huiuſmodi διὰ τὴν κακοφωνίαν. τέθειται, τεθέαται. *Tertia pluralis præteriti pluſquã perfecti.* Hoc eodem modo & tertia pluralis præteriti pluſquamperfecti fiet, ut ἐπεποίηντο, ἐπεποιέατο. βεβλήατο tamen & βεβολήατο, & κεχλάατο, & alia multa apud Poetas metri gratia productam ſeruare antepenultimam conſtat, Ὀδυσ. η. Ἔνθ' ἐνὶ πέπλοι λεπτοὶ ἐΰννητοι βεβλήατο. & Ἰλιάδος ι. Πένθεϊ δ' ἀτλήτῳ βεβολήατο πάντες ἄριστοι. & Ὀδυσσείας ξ. Δὴ γὰρ κεχολώατο λίην. Poetæ uero Ionas imitati, formant tertiam perſonam pluralẽ, aliorumque quoque temporum mittentium tertiam ſingularem aut in, ται, aut in το, nec ſolum in modo indicatiuo, ſed etiam optatiuo, α (ut ſupra dictum eſt) interponentes, ut ἧμαι, ἧται. tertia pluralis ἧνται κοινῶς, καὶ ἕαται ἰωνικῶς. Ἰλιάδος γ. Οἱ δὲ νῦν ἕαται σιγῇ. ὁ παρατατικὸς, ἥμην, ἧτο, ἧντο, καὶ ἕατο. Ἰλιάδος η. Οἱ δ' ἕατ' εἰν ἀγορῇ Τρῶες, καὶ δὴρ-

δευίωνες. In Optatiuo, δευοίμην, δεύοιτο, δεύοιντο κοινῶς, καὶ δευοίατο
ἰωνικῶς, ἀπὸ τοῦ δεύομαι indigeo. Ἰλιάδος β. Πολλαί κεν δεκάδες
δευοίατο οἰνοχόοιο. καὶ ὀδυσσείας α. Εἰ κεῖνόν γ' ἰθάκηνδε ἰδοίατο νο
στήσαντα. ἀντὶ τοῦ ἴδοιντο, μέσος ἀόριστος δεύτερος.

Ὑπερσυντελικός.

Ἐτετύμμην, a' præterito paſſiuo fit, μαι, in, μην, conuerſa, ac etiam
altero, ε, præpoſito, ſicut in actiuis, ut τέτυμμαι, ἐτετύμμην. Si uero
paſſiuum præteritum a' uocali inceperit, ab eadem & pluſquamper
fectum principium habebit, ut ἤκουσμαι, ἠκούσμην, & cætera, ſicut
Libro. I I I. ſatis dictum eſt. Ἀόριστος πρῶτος.

Ἐτύφθην, fit a' tertia perſona præteriti paſſiui, extrema in, ην, mu-
tata, & abiecta conſonante in principio præteriti geminata. Pro quo *Atten.*
annotandum, q ſi uerbum aut primæ fuerit coniugationis, aut ſecun
dæ, tertia perſona Præteriti paſſiui ſemp habebit duas tenues cũ, αι,
diphthongo finali, in eadẽ cõprehenſas ſyllaba, quibus in ꝓprias denſas
mutatis, ac etiam extrema in, ην, fit primus Aoriſtus paſſiuus, abiecta
(ut diximus) conſonante in præterito pfecto geminato, ſi forte extite
rit, ut ἧπται, ἥφθην. λέλεκται, ἐλέχθην. Si uero alterius fuerit coniuga
tionis, præteritum pfectum aut in, ται, puram, aut in, ται, cum aliqua
conſonante terminabit. Si in, ται, purã, mutata, τ, tenui in ꝓpriã aſpi-
ratam, purã eandem ſeruabit Aoriſtus paſſiuus, ut κέκριται, ἐκρίθην.
πεποίηται, ἐποιήθην. ἐκρίνθην tamen & ἐκλίνθην, & ſimilia inueniuntur
apud Poetas per, ν, licet in præterito omnino abiiciatur. Ἰλιάδος κ.
Ὣς ἄρα φωνήσαντε παρὲξ ὁδοῦ ἐν νεκύεσσι κλινθήτην. Ἐμνήσθην etiã ἀπὸ
τοῦ μέμνηται aſſumpſit, σ, & ἐῤῥώσθην, ἀπὸ τοῦ ἔῤῥωται. Si uero cũ
aliqua conſonante præcedente deſiuerit, eandem ſeruabit Aoriſtus
ante θην, ut πέπεισται, ἐπείσθην. πέφρασται, ἐφράσθην. At ἐσώθην abſq;
σ, ἀπὸ τοῦ σέσωσται, cuius Thema ἐ σώζω. ἐσώσθην enim dicẽdũ fuerat.
ἔσπαρται, ἐσπάρθην. Ἐμιάνθην uero a' præterito cõmuni, hoc eſt, με-
μίανται fit, non autẽ a' præterito Attico, quod eſt μεμίασται, διὰ τοῦ, σ,
Sunt autẽ huiuſmodi cõſonãtes præcedẽtes, ται, ſyllabã tertiæ pſonæ *Conſonan-*
præteriti paſſiui, π, κ, λ, ν, ρ, σ, quas ſeruat & Aoriſtus paſſiuus, π, tamẽ *tes præce-*
&, κ, in ꝓprias aſpiratas mutatis. Hoc quoq; annotandũ eſt, ambos *dentes.*
Aoriſtos paſſiuos ſimilẽ habere & formationẽ & declinationem cum
præterito imperfecto actiuo uerboꝝ in, μι, in omnibus modis, ac etiã
participiis, paucis admodum uariatis, quorum talis datur regula.
Quandocunq; participium inuenitur terminatum in, ς, extremam *Regula.*
habens acutam, ac declinatum per, ντ, ut eſt τιθεὶς, τιθέντος. τυφθεὶς,

τυφθέντος, tunc indicatiuus eiuſdem temporis in, ν, deſinit cum uocali longa, ſecundum propriam uerbi exigentiam, ut in tractatu uerborum in, μι, planius dicetur, ut ἐτίθην, ἐτύφθην. Nam in uerbis in, μι, participium formatur à ſecunda perſona præteriti imperfecti ἐτίθης.

Imperatiuus uero in, θι, deſinit, τίθεθι, τύφθηθι. Sed propter alternationem duarum aſpiratarum, ſecunda in, τ, mutatur, ut τίθετι, τύφθητι. Optatiuus in, ην, cum diphthongo in penultima, ut τιθείην, τυφθείην. Subiunctiuus in, ῶ, circumflexum, ut ἐὰν τιθῶ, ἐὰν τυφθῶ.

Penultima Aoriſti pri. Infinitiuus uero in, ναι, ut τιθῆναι, τυφθῆναι. De penultima autem huiuſmodi Aoriſti, & quæ ſequuntur libro. I I I. ſatis diximus. Sed de tertia perſona pluralis numeri βοιωτικῶς aliquid dicere hoc in loco, inutile non erit. *Tertia βοιωτικῶς.* Tertia igitur perſona pluralis à tertia fit ſingulari, adiuncta, σαν, ut ἐτύφθη, ἐτύφθησαν, καὶ βοιωτικῶς ἐτύφθεν, ad ſimilitudinem participii neutri generis eiuſdem tēporis, præpoſito, ε, ſyllabico augmēto, & accētu in antepenultimā retracto, ut ὁ τυφθείς, τὸ τυφθέν, ἔτυφθεν. Poteſt etiam formari à prima perſona ſingularis numeri, extrema in, ον, mutata, & accentu in antepenultimā retracto, ut ἐτύφθην ἔτυφθεν. ἐκοσμήθην, ἐκόσμηθεν. Ἰλιάδ. γ. αὐτὰρ ἐπεὶ κόσμηθεν ἅμ' ἡγεμόνεσσιν ἕκαστοι. Quod factum eſt, ut in uerbis quæ habent participium in, σ, ὀξύτονον, & declinatum per, ντ, prima perſona & tertia pluralis numeri impares ſint, ſicut in præterito imperfecto actiuorum dictum eſt.

Ἀόριστος. β.

Ἐτύπην, fit à ſecundo Aoriſto actiuo, extrema in, ην, mutata, ἔτυπον, ἐτύπην, ἐτύπης, ἐτύπη. Δυϊκῶς. ἐτύπητον, ἐτυπήτην. Πληθυντικῶς. ἐτύπημεν, ἐτύπητε, ἐτύπησαν, καὶ βοιωτικῶς ἔτυπεν, ſicut ἔδαμον ποιητικῶς δάμεν, pro ἐδάμησαν. Ἰλιάδος μ. πολλοὶ δ' ἀργείων, οἱ μὲν δάμεν, οἱ δ' ἐλίποντο.

Μέλλων. α.

Τυφθήσομαι, à ſecunda perſona primi Aoriſti paſſiui, expuncto augmento, & adiuncta ομαι, ἐτύφθης, τυφθήσομαι.

Μέλλων. β.

Τυπήσομαι, τυπήσῃ, τυπήσεται, à ſecunda perſona ſecundi Aoriſti paſſiui ἐτύπης, adiuncta ομαι. Μετ' ὀλίγον μέλλων.

Τετύψομαι, à ſecunda perſona præteriti paſſiui, interpoſita, ομ, τέτυψαι, τετύψομαι.

ΠΡΟΣΤΑΚΤΙΚΑ' ΠΑΘΗΤΙΚΑ'.

Ἐνεστὼς καὶ παρατατικός.

Τύπτου, à ſecunda perſona præteriti imperfecti paſſiui fit, expuncto incremento, ἐτυπτόμην, ἐτύπτου, τύπτου, καὶ ἰωνικῶς τύπτεο,

τύπτω, καὶ δωρικῶς τύπτεν. ὡς φάσκω, φάσκεν. Θεόκριτος ἐν βουκολιασταῖς, φάσκεν τῶν ἐρίφων, φάσκεν λύκε τῶν τοκάδων μεν.

Quæ ſequuntur, uide Libro III.

Παρακείμενος καὶ ὑπερσυντ.

Τέτυψο, fit à ſecũda pſona præteriti pluſquãperfecti, ſimile augmẽtum habens cum præterito perfecto, ἐτετύμμην, ἐτέτυψο, τετύφθω.

Ἀόριστος α.

Τύφθητι, τυφθήτω, à tertia perſona primi Aoriſti paſſiui, ἐτύφθη.

Ἀόριστος β.

Τύπηθι, à tertia ſecũdi Aoriſti paſſiui ἐτύπη. Sed de his ſatis. Lib. III.

ΕΥΚΤΙΚΑ ΠΑΘΗΤΙΚΑ.

Optatiui paſſiui omnes à proprio indicatiuo paſſiuo fiunt extrema in, μην, conuerſa, ac, ι, penultimæ adiuncto, demptis ambobus Aoriſtis, qui actiuorũ more à genitiuis ſuorũ participiorũ fiunt. Eſt enim regula, ὅτι πᾶν παθητικὸν ἢ μέσον, ἔχον ὧδε τέλους τὸ, μ, κλιτικὸν μετὰ μακρᾶς, ξέπον τὴν ἐσχάτην εἰς, μην, καὶ πρὸ τῆς, μην, δεχόμενον τὸ, ι, τὸ εὐκτικὸν ποιεῖ. hoc eſt, ꝙ omne paſſiuum, ſiue mediũ, habens in fine μ, κλιτικὸν cum longa, uertens extremam in, μην, & ante μην, ſuſcipiens, ι, optatiuum facit, ut τύπτομαι, τυπτοίμην, ἐτυψάμην, τυψαίμην. Regula.

Ἐνεστὼς καὶ παρατατικός.

Τυπτοίμην, à prima perſona præſentis τύπτομαι, μαι, in, μην, conuerſa, & adiuncto, ι, penultimæ uocali, ſicut modo dictum eſt. Δυϊκά. τυπτοίμεθον, τύπτοισθον, τυπτοίσθην. Πλη. τυπτοίμεθα, τύπτοισθε, τύπτοιντο, καὶ ποιητικῶς τυπτοίατο.

Παρακείμενος καὶ ὑπερσυντ.

Præteritum perfectum fit à prima perſona præteriti perfecti paſſiui, μαι, in, μην, ac, ι, penultimæ uocali adiuncto, ſicut in præſenti, ſi tamen ſola & pura fuerit. Solam dico, quoniam monophthongum eſſe oportet, non quamuis tamen. Excipitur enim, υ, ac omnino diphthongus ex eo conſiſtens. Puram uero, cum nulla conſonans intercidat inter ipſam penultimam & μαι, ut πεποίημαι, πεποιήμην. κεχρύσωμαι, κεχρυσώμην. τέθειμαι, ſiue τέθημαι, τεθείμην. ἕσταμαι, ἑσταίμην. δέδομαι, δεδοίμην. Alioqui formari non poteſt, ſupplendum igitur erit per participium eiuſdem temporis, & uerbum ſubſtantiuum εἰμί, ut λέλυμαι, λελυμένος εἴην, εἴης, εἴη. λέλεγμαι, λελεγμένος εἴην, εἴης, εἴη. τέτυμμαι, τετυμμένος εἴην, εἴης, εἴη.

Ἀόριστος α.

Τυφθείην, τυφθείης, τυφθείη, à genitiuo participii eiuſdem temporis fit, extrema in, ην, mutata &, ι, penultimæ adiuncto, ut τυφθείς,

